Tutto il passato mese di Dicembre ho dimorato co' Compagni nella città di Carouge, vicina alla città di Ginevra, facendovi la Missione in francese. In essa noi non abbiamo operato nessun atto strepitoso, ma la grazia del Signore operava le sue grandi meraviglie ne' cuori di molti peccatori ostinati. Una gran folla de' Caproni e delle Caprone, i quali da 10, 20, 30 e più anni non si erano più confessati, adesso si presentarono per le confessioni generali, e tutti ad un tratto con gran fervore rientrarono nel retto sentiero de' doveri di religione. Perché essendo la quarta parte di questa città protestante, non si osservavano più da' nostri, che vogliono sempre superare in malizia i Protestanti, nemmeno le Domeniche. Anche durante la mia dimora colà, si portarono i Cattolici il giorno di Domenica subito la mattina a costruire il nuovo tetto su d'una casa. Io uscii per sgridarli sopra una tal impresa, in faccia a' Protestanti,

te noch viel reichlicher ausgefallen seyn.

Was die gute Wirkung auch ein wenig paralisiert, so war es, weil der Teufel kurz vor mir auch da Mission gehalten hat. Er bediente sich hiezu eines vertriebenen \*\*\* (65), der sich in Carouge niedergelassen hatte, von wo aus er als katholischer Priester!!! in dem protestantischen Dom!!! öffentliche Vorlesungen über Litteratur hielt (66). Der H. Pfarrer von Carouge ließ ihn 6 oder 7mal predigen, und seine Talente zogen ihm allgemeinen Beifall zu. Er gewann die Herzen der Damen und diese das seinige; die eine that es der andern zuvor, um ihn in ihren Gesellschaften zu besitzen, bis endlich diese Visiten gar zu freundlich ausfielen, und die Männer Verdacht schöpften. Er sah sich gezwungen, die Flucht zu nehmen, und

nel giorno del Signore, ma non fui inteso. Si seguitava a faticare sino verso la sera, che ecco ad un tratto mentre tutta quella gentaglia prevaricatrice stava ancora sopra radunata, si scosse la terra, e cadettero tutti insieme co' travi e col tetto all'improvviso in giù, e così finì la peccaminosa loro impresa. Se noi potevamo trattenerci per più tempo, la nostra messe sarebbe riuscita molto più abbondante.

Ma ciò, che non poco avea paralizzato il nostro sagra ministero si fu appunto la Missione, che poco prima della nostra venuta il demonio avea fatta tra quella povera gente. Egli per ben riuscire nell'impresa, si servì pure di un Missionario, come maestro nell'arte. Questi fu un \*\*\* espulso, il quale si era domiciliato nella stessa città di Carouge. Di là usciva egli spesso spesso, a fare delle prelezioni sopra la letteratura nella stessa città di Ginevra (Roma de' Protestanti), e le faceva in qualità di Sacerdote cattolico, e pubblicamente da cattedratico, per cui il Sig. Curato de' Cattolici di Carouge lo fece predicare 6 o 7 volta, ed i suoi talenti furono ammirati con applauso. Specialmente seppe egli attirarsi i cuori delle dame, e queste non man-

(65) In textu Religio, cui homo ille nomen dederat, indicatur; praeferimus signum trium stellarum.

(66) Notum est, in urbe Genève semper relationes scientificas et litterarias magni fuisse aestimatas. Sic in ecclesia S. i Petri, olim cathedrali, quandoque etiam « conferentiae » generis litterariae vel alius habitae sunt.

er that es wirklich mit einem jungen Mädchen, welches bis da die Rolle einer Heiligen vollkommen gespielt, sogar die 5 Wunden an ihrem Leibe und beständige Verzückungen geheuchelt hatte, wodurch mehrere Geistliche hinter das Licht geführt worden sind.

Sie können nicht glauben, wie unselige Eindrücke diese saubere Geschichte in den für die Religion ohnehin kalten Herzen der Einwohner gemacht hat.

Ein anderer Zufall hat noch mehr mitgewirkt. Ein \*\*\* (67) von Savoyen oder Italien kam

carono guadagnarsi il suo, facendo a gara tra di loro per averlo nella loro compagnia, sino a che queste sue visite degenerarono in troppo familiari. Ben presto se ne accorsero i loro mariti, ed entrarono in sospetto della di lui probità. Egli vedendosi sorvegliato in tutt'i passi, risolse di fuggirsene di là, ed infatti se ne fuggì con una figliuola giovinetta, la quale passava presso di tutti per una gran santa, e presso i Confessori per una visionaria, che portava le sagre Cinque Piaghe, molti de' quali, poco esperti, ne furono ingannati.

||2|| Non potete credere, caro Padre, che cattiva impressione ha cagionato ne' cuori, altronde tanto raffreddati per la religione, questo funesto avvenimento, e di quante irrisioni esso fu la causa presso de' Protestanti, i quali ne tirano d'ordinario le loro conseguenze e fanno le loro conclusioni a danno della nostra religione. I Predicatori ne fanno la materia delle loro prediche, ed ecco come si verifica: « Tota die blasphematur nomen meum inter gentes », mentre per tutte le famiglie non si parla di altro, per maggiormente mettere in berlina tutto quel ch'è sagra nella nostra religione.

Un altro contemporaneo Missionario di satanasso vi fu un \*\*\*, passato in questa Roma

(67) Cfr not. 65.

zur nehmlichen Zeit nach Genf (68), vermuthlich um Protestant zu werden. In einem Kaufladen verhandelte er sein Brevier und die Kutte, die er auf dem Leibe trug. Der Kaufmann, um die Sache recht schimpflich zu machen, hieng diese 2 Gegenstände zum öffentlichen Verkaufe aus. Kaum hatte dieses der katholische Pfarrer von Genf erfahren, so beordnete er jemanden unter der Hand, selbe anzukaufen, um dieses Skandal den Augen des Publikums zu entziehen, welches auch geschah, und ich hatte das Glück, Erbe des unseligen Breviers zu werden.

dall'Italia, per farsi Protestante. Questi si presentò al supremo Gerarca del Protestantismo per essere ricevuto, e gli fu risposto, che per riuscire in una impresa tanto scabrosa, egli deve prima mettersi in polizia, e quindi sottomettersi a tutti gli esami, che gli saranno fatti, poi agli esercizi chiusi per due mesi, e finalmente sarà ammesso all'abjura ed alla confessione. Ricevuta questa istruzione in quella luciferiana udienza, si portò in una bottega della stessa città di Ginevra; ivi vendette al negoziante il suo abito \*\*\* e il suo breviario, di là uscì senza vesti colla barba di Giuda e si portò in un'altra bottega per vestirsi da galantuomo, e così vestito, andiede più oltre in una altra per farsi fare la barba. Il primo negoziante, forse per farsi beffe della nostra religione, sospese que' due oggetti, l'abito e il breviario, alla pubblica vista, innanzi alla sua bottega. Il Parroco cattolico di Ginevra, essendone stato d'avviso, mandò subito persona di sua fiducia, per comprarsi segretamente questi due oggetti, ed io entrai in possesso di quell'infelice breviario.

Da haben Sie zwey Stückchen von Religiosen! Ich kann sie

Eccovi in succinto un' opera eclatante di due Religiosi, Mis-

(68) Positio catholicorum in urbe Genève (et in toto pago) tunc difficilis erat. Parochus fuit Abbé Vuarin, 1806-1843; regio an. 1819 ad dioecesim de Lausanne adiecta fuit, quae tunc nomen Lausanne-Genève assumpsit (inde ab ab. 1924, cum urbs Freiburg formaliter sedes dioecesana statuta est, nomen dioecesis est: Genève-Lausanne-Fribourg).

versichern, daß ich mich nicht wenig geschämt, auf der Kanzel zu erscheinen, besonders da alles dieses noch in so frischem Angedenken war. Es brauchte viel, um die Vorurtheile zu verscheuchen und das Zutrauen des Volkes zu gewinnen; der liebe Gott hat mir geholfen, und ich habe Ursache, mit meiner ersten französischen Expedition zufrieden zu seyn.

Von da drang P. Hessel nach Frankreich, um noch eine Mission bei Gelegenheit des Jubiläum zu halten (69). Der zehnte Theil der Männer erschienen in den hl. Uibungen und von 800 Pfarrkindern haben sich da bloß 250 den hl. Sakramenten genähert. Daraus können Sie schliessen, wie es in Frankreich mit der Religion stehe. Noch sagte mir die vergangene Woche ein sehr strammer Franzos, daß in seiner Pfarrey von 1800 Pfarrkindern, am hl. Pfingstfeste nur 5 den Gottesdienst besucht haben. Ich hatte versprochen, während der Faste in Ferney, dem Wohnorte Voltaires (70), Mission zu halten, al-

sionari del demonio, che anche esso « binos misit ante faciem suam ». Io vi assicuro, che non poco mi vergognai di comparire sul pulpito, sapendo che essendo questi misfatti all'in tutto freschi, tutt'gli animi del mio uditorio n'erano ancora imbevuti. E ci voleva la mano onnipotente della grazia per riformarli e per guadagnar la loro fiducia. Ma il Signore con ispecial sua assistenza mi ha aiutato di venirne a capo, e posso essere contento della mia Missione.

Il P. Hessel si avanzò quindi sui frontieri di Francia, per aiutare i fedeli in occasione di un Giubileo. La decima parte appena della popolazione comparve negli esercizi predicati, e da 800 anime della parrocchia, le sole 250 ||3|| accostaronsi a' santi Sacramenti. Mi disse un francese divoto, che nel suo paese di 1800 anime cinque soltanto assistettero alla S. Messa nel giorno di Pentecoste passato. Da questi tratti potete concludere, che si è fatto della religione in Francia. Io mi era compromesso a dare i santi esercizi nella Quaresima in Ferney (Paese d'origine di Voltaire), ma il nostro Vescovo non me lo permette. Le

(69) Nomen loci, in quo P. Hessel Missionem praedicavit, nullibi nobis traditum est.

(70) Ferney-Voltaire, sicut hodie vicus ille nominatur, vix 7,5 km ab urbe Genève distat, sed positus est in territorio reipublicae Franciae (Dept. Aine). Franciscus Maria Arouet, qui postea nomen sibi imposuit Voltaire, (\* 1694 Paris, † 1778 ibidem), allectus fama libertatis qua in republica de Genève homines « litterarii » et « philosophi » gaude-

lein unser Bischof will mich  
nicht entlassen. Doch werden  
wir vermuthlich bei Genf noch  
eine machen...

faremo però in un altro Paese vi-  
cino a Ginevra...

E. H. ergebenster Mitbruder  
Aloys Czech CSSR.

---

bant, in vico vicino St-Jean (1755) habitationem suam posuit; sed difficultatibus mox exortis, castrum Ferney, vicinum, sed in Regno Franciae situm, sibi comparuit, ubi per multos annos (1758-1775) ordinarie vixit. P. Sabelli, in sua versione italica, erronee Ferney locum *originis* Voltaire dicit.

**STUDIA**



RAYMUNDUS TELLERÍA

PRIMA S. ALFONSI PALAESTRA MISSIONARIA :  
SODALITIUM NEAPOLITANUM  
MISSIONUM APOSTOLICARUM

Hagiographus, cui insit cordi vestigare primos S. Alfonsi sub ecclesiastica militia gressus ac pernoscere Instituti ab eo conditi originem historicam necnon huius physionomiam spiritualem et missionariam, scopum suum aegre adsequetur nisi prius fuerit bene scrutatus lineamenta Congregationis seu Sodalitii neapolitani Missionum Apostolicarum. Huic etenim S. Alfonsus a primordiis vitae suae ecclesiasticae gaudenter adhaesit, inter eiusdem socios seu fratres annos octo alacri animo laboravit, a Sodalitii gremio nunquam resiliit etiam postquam ipse Institutum SS. Salvatoris seu SS. Redemptoris progenuit: adeo ut inter illius membra plenam sibi acquireret ac perficeret formationem pastoraalem, quam clericus simul inchoaverat adscriptus paroeciae S. Michaëlis « a Segno ». Usque ad mortem denique comparuit quasi Associationis decanus seu senior in officiali fratrum elencho.

Aequum itaque ac proficuum existimamus in medium adferre documenta archivalia, quibus funditus circumagitur haec prima S. Alfonsi palaestra missionaria atque indubie comprobatur quanto ipse ardore in eadem cucurrerit, donec novi sui Instituti bravium accepit. Haec sane nostra prima dilucidatio expromere quoque intendit historicum grati animi obsequium, recurrente hisce diebus anno ducesimo ex quo S. Alfonsus in lucem edidit opellam: *Breve Istruzione degli Esercizj di Missione colle sue Regole e Pratiche, per uso de' Giovani della medesima Congregazione* (Napoli 1760, nella stamperia di Giuseppe di Domenico). Quamvis ex parva mole (pp. 224) opellam diceret, reapse exstitit « Charta Magna » apostolatus sui missionarii, cuius primordia dimetiri nunc appetimus. Hinc nostri excursus praefixum schema:

I. - Archivum Missionum Apostolicarum heri et hodie: cum adnexis quibusdam indicationibus super Archivo alius Sodalitatis coevae, vulgo Missionariorum Patri Pavone SI dictae.

II. - Lineamenta physionomiae iuridicae ac missionariae Apostolicarum Missionum, qualis ex his documentis adumbratur.

III. - S. Alfonsi in Missionibus Apostolicis per octo annos activa cooperatio usque ad Instituti sui inaugurationem (1724-1732).

IV. - Ulteriores S. Alfonsi contactus cum Missionibus Apostolicis ante et post suam dignitatem episcopalem (1732-1763; 1762-1787).

Quibus praecognitis, obvius fiet nobis influxus quem huiusmodi diuturna collaboratio exercuit in universa S. Alfonsi activitate ac speciatim prohibet eiusdem mentis affinitas cum maiorum traditione.

## I

### ARCHIVUM MISSIONUM APOSTOLICARUM HERI ET HODIE

Quoniam indagatio nostra fundamento archivistico inniti debet, praemittimus Regestum Tabularii seu Archivi a nobis excerptum ex officiali Inventario, quod anno 1897 Sodalitatis archivista confecit, non quidem criteriis actus technicis, sed simpliciter practicis: ex una videlicet parte fasciculos solutos distribuendo, ex alia autem volumina ligata.

A. - SERIES PRIMA. - *Fasciculi soluti.*

*Fasc. I.* - Fondazione. - Regole. - Approvazione ecclesiastica e civile. - Cappelle. - Precedenza. [Interno nn. 9].

*Fasc. II.* - Indulgenze. - Facoltà. - Privilegi. - Indulti. - Regolamenti per le missioni. - Opere soggette alla Congregazione. - Documenti vari. [Int. nn. 42] (1).

*Fasc. III.* - Rescritti pontificii per patrimoni sacri e per le cappellanie. - Riduzioni di messe. - Assoluzioni per attrassi di messe. - Facoltà di pagamento ad eredi e creditori. [Int. nn. 25].

*Fasc. IV.* - Stato Patrimoniale della Congregazione. - Rendite e pesi. - Legati e Messe con notizie di titoli. - Documenti e notizie di alcune confidenze. - Patrimoni sacri. - Maritaggi. [Int. nn. 18].

[*Huic adnectitur*]. Platea delle Rendite, Entrade, Effetti e Cappellanie della Ven.le Congregazione delle Apostoliche Missioni fin'a quest'anno 1732..., posta insieme nel governo dell'Ill.mo Signor D. Giulio Nicola can° Torno. [Splendidum volumen, cuius frontispitium ornatur stemmate Congregationis apprime delineato].

*Fasc. V.* - Incartamenti di antichi documenti relativi all'eredità Chiachiarì. [Numerus unicus].

*Fasc. VI.* - Documenti vari. [Int. nn. 17].

---

(1) Quae de missionariorum facultatibus ac privilegiis hic congeruntur documenta, valde utilia remanent ad hanc materiam in Congregatione alfonsiana illustrandam.

*Fasc. VII.* - Concorsi Patrimoni Sacri (1882-1912). [Int. nn. 18].

*Fasc. VIII.* - Documenti vari (1901-1911). [Int. nn. 10].

B. - SERIES SECUNDA. - *Volumi diversi* (legati).

1. Documenti. - Vol. I (1646-1712).

2. Documenti. - Vol. II (1675-1760).

3. Registro delle Consulte. - Vol. I (1665-1792).

4. Registro delle Consulte. - Vol. II (1793-1814).

5. Giornali o Manuali [id est, Libri del Segretario]. Sono volumi novant'uno (1665-1862), vol. 92 (1865-1876), vol. 93 (1876-1897). [Desunt: an. 1826-1832; 1839-1841].

6. Giornale o Manuale per gli alunni o pure ordinandi. - Vol. I (1731-1738); vol. II (1738-1758); vol. III (1758-1761); vol. IV (1798-1812); vol. V (1815-1826); vol. VI (1830-1840).

Demum praecitatus archivista ex proprio poenu confecit seriem chronologicam superiorum Sodalitatis, necnon elenchum Summorum Pontificum, Cardinalium, Archiepiscoporum atque Episcoporum, qui sub vexillo Sodalitii pro Christo decertare gloriati sunt. Pretiosa documentorum moles, post non paucas peregrinationes in diversis Congregationis sedibus, nuperrime apud generale Curiae Archivum perfugium invenit. Fieri tamen vix potuit quod in transitu ab uno ad alium locum, praesertim bello ultimo saeviente, quaedam volumina dispergerentur.

Quibus ex parte nostra adiungimus, quo firmiter conclusiones et praemissae huius articuli stabiliantur, varias editiones Regularum Sodalitii sic dispositas, ut ex earum inter se collatione eruatur quid tempore S. Alfonsi in usu apud missionarios fuerit, scilicet:

1. - *Regulae clericorum secularium Congregationis Apostolicarum Missionum sub Patrocinio S. Mariae Reginae Apostolorum in Ecclesia Cathedrali erectae*, Neapoli, 1689, ex nova officina sociorum Dom. Ant. Parrino et Michaëlis Aloys. Mutii, pp. 176, praeter finale Summarium indulgentiarum.

2. - *Regulae clericorum secularium Congregationis Apostolicarum Missionum sub Patrocinio S. Mariae Reginae Apostolorum in Ecclesia Cathedrali erectae*, Neapoli 1777, ex typographia Paciana, pp. 213, cum Summario indulgentiarum. - Utraque Regularum editio si inter se conferatur, obvia fit utriusque identitas substantialis partium, capitum et paragraphorum: quin etiam, fere identitas materialis ac grammaticalis, salva quadam leviori styli correctione in secunda editione: discrimen paginarum ex eo provenit, quod in editione an. 1777 allegantur ad paginae calcem notae, quae in priore editione ad oram seu marginem textus exhibebantur. Concludere itaque licet quod huiusmodi textus plane vigeat tempore S. Alfonsi. Ad faciliorem pro lectore consultationem utemur editione an. 1777, cuius abundant exemplaria, necnon editione manuscripta, de qua statim loquimur.

3. - Archivi Status codex pretiosus, cui titulus: *Regulae Clericorum Secularium Congregationis Apostolicarum Missionum sub Patrocinio Reginae Apostolorum* (2). Agitur de manuscripto originali, quod anno 1768 Superior, Assistentes ac Fratres undecim Sodalitii, apposita a singulis manuscripto subscriptione atque a notario D. Iosepho Cantilena recognita, porrexerunt regi Ferdinando, ut Congregationis Statuta, iam ab anno 1689 canonicè revisa atque adprobata, munirentur pariter regio assensu. Huius manuscripti, quod 95 foliis (30×20 cm.) constat, reproductionem microfilmicam faciendam pro Archivo Generali nostro curavimus eaque identidem utemur in praesenti dissertatione.

4. - Eodem anno 1768 ex typographia Morelliana prodierunt: *Regole particolari per le Sante Missioni di fuori, della Congregazione delle Apostoliche Missioni, eretta dentro la Cattedrale di Napoli sotto il titolo di Santa Maria degli Apostoli*, Napoli 1768, nella Stamperia Morelliana, pp. 144. Omissis statutis de regimine Congregationis ac de sodalium idoneitate, continet secundam Regularum partem, qua missionum finis, media atque praxis enucleantur.

5. - Praecitatis addendus est libellus: *A.M.A.R.A. Preces ad usum Congregationis Apostolicarum Missionum sub invocatione S. Mariae Reginae Apostolorum in Ecclesia Cathedrali erectae*, Neapoli 1768, typis Francisci Mollo.

Quibus de hoc Archivo praelibatis, adiungimus pauca super Archivo Congregationis Clericorum B.M.V. in caelum Assumptae, seu vulgo Patris Pavone SI nuncupatae. Hanc etenim Congregationem non semel in nostro articulo memoramus ac vere dignam iudicamus, quae societur Missionibus Apostolicis, quarum extitit antesignana et quadamtenus magistra.

Archivum hoc, si quando illud completum rimari contigerit, maximi momenti iudicabitur a rei historicae cultoribus neapolitanis, praesertim pro periodo ultra saeculari, quae inter initium Sodalitatis (an. 1611) afflante P. Francisco Pavone (3) cedit et PP. Iesuitarum a Neapoli expulsionem an. 1767 inique decretam. Quamplurima namque apostolatus opera, specialiter in campo missionali, originem ex hac Associatione atque ex eiusdem directoribus ignatianis duxerunt. His adde non leves influxus in formatione intellectuali, spirituali ac poenitentiaria cleri neapolitani, adeo ut Sodalitium vocaretur itidem « della Conferenza » propter illius systematicas de disciplinis ecclesiasticis collationes.

Depulsis porro S. Ignatii filiiis, missionarii Patris Pavone sub novo titulo pristinum zelum apostolicum effundere perrexerunt, iuvante mox card. archiepiscopo Emmo. Sersale, qui Sodalitium rebaptizavit: « Academia e

(2) Arch di Stato - Napoli. Congregazioni, 41-7. - Subscribunt supplicationem ad regem delatam can. Salvator Mazzacara superior, Iosephus M<sup>a</sup> Ajelli et Donatus di Li-guoro Assistentes, can. Iosephus Sparano alique usque ad numerum 34 sodalium. Regia Camera S. Clarae, audita relatione Cappellani Maioris, subnexuit adprobationem die 12 septembris an. 1768.

(3) A. BARONE, *Vita del P. Francesco Pavone*, Napoli 1700, 259.

Conferenza di Missione », eique novum domicilium adsignavit (4), detracta qualibet ignatiani Patris Pavone memoria. Forsitan huic Archipraesulis deliberationi ac subsequenti Curiae archiepiscopalis erga Academiam protectioni debetur quod ad Archiepiscopi umbram confugerit residuum Congregationis Pavonianae archivum, permixtum cum chartaceis fasciculis Missionum Apostolicarum.

Ex his, quae hodie supersunt, Pavonianis instrumentis manuscriptis, ecce infelix summa :

1. - *Diario delle congregazioni pubbliche e segrete della Congregazione de' Cherici dell'Assunta del P. Pavone (1706-1716)*. Vocabulum « congregazione » exprimit hic duplicem coevam significationem, scilicet naturam Sodalitii atque eiusdem congressus sive sessiones.

2. - *Diario delle Congregazioni...* (ut in num° praecedenti) (1739-1746).

3. - *Libro IV delle Consulte o Conclusioni...* principiato a 2 giugno 1745. (Concluditur die 19 decembris an. 1866).

4. - *Libro delle Decanie o Decurie*. (Absque anno).

## II

### LINEAMENTA HISTORICA, IURIDICA, SPIRITUALIA AC MISSIONALIA SODALITATIS MISSIONUM APOSTOLICARUM

Extra scopum nostrum vagatur exhaustivam Apostolicarum Missionum historiam retexere, cuius exordia et adultam aetatem retulerunt historici S. Alfonso coevi (5), innixi locuplete Archivi Congregationis messe. No-

(4) Iesuitis sub finem an. 1767 in exilium relegatis, sodales Patris Pavone perfugium invenerunt apud Patres Philippenses, donec die 18 iulii an. 1769 Sodalitium fuit auctoritate regia abolitum : « A 18 luglio 1769 uscì dispaccio della Real Corte al nostro Arcivescovo et al Presidente del Sacro Real Consiglio D. Baldassarre Cito per l'abolizione dell'antichissima Congregazione dell'Assunta, detta del P. Pavone...: si portarono nelle mani del marchese Tanucci le rendite e legati delle opere pie lasciate da' testatori: sicché rimasero i nostri Fratelli senza potersi radunare più nel solito luogo favoritoci da' PP. dell'Oratorio nell'atrio de' Gerolomini, ove si erano ricoverati dopo l'espulsione de' Gesuiti. Ma la benignità e lo zelo del nostro Em.mo Arcivescovo Sersale, dopo pochi giorni, chiamò il Superiore di detta Congregazione Signor D. Giovanni Andrea can° Sembiasi con tutti i Fratelli di essa et assignò un luogo comodo e spazioso accanto alli suoi Studij, bene accomodato a spese sue, et ivi ha fatto radunare tutti i Fratelli della dimessa Congregazione del P. Pavone, dichiarandosi esso Superiore di detta Adunanza, dandoli il titolo di Accademia e di Conferenza di Missione » (*Libro IV delle Consulte o Conclusioni della Ven. Cong. dell'Assunta del P. Francesco Pavone*, f. 31). - Ultima verba « del P. Francesco Pavone » deleta fuerunt in citato codice post suppressionem Iesuitarum.

(5) Prae aliis praestat canonicus, mox Acheruntinus episcopus (an. 1775), G. SPARANO, *Memorie Istoriche per illustrare gli atti della santa Napoletana Chiesa*, Napoli 1768. Duo volumina, in quibus cum debita laude revocatur (vol. II, 370-371) nomen S. Alfonsi: cui auctor, postquam quoddam de missa paroeciali dubium solvit, adiunxit die 7 septembris an. 1769: « Il secondo tomo dell'opera mia è già sotto al torchio, e vedrà che anno fatto i nostri antichi missionarj. Se mi potesse fare la grazia in codesta sua diocesi spacciarlo, ajuterebbe la spesa della stampa, che è molta » (AG I D 36, 16: cum aliis eiusdem ad eundem S. Alfonsum epistolis). Plura ex documentis, quibus utitur Ios. Sparano, col-

bis sat erit Associationis lineamenta perstringere, qualia ex supra memoratis Tabularii documentis portenduntur: hoc quidem praestabimus, quoad fieri possit, iisdem quibus Congregationis proceres usi sunt verbis, tum in Regulis a typographia Paciana an. 1777 recensis, tum in Regulis Archivi Status manuscriptis: primas cum pagina (p.), secundas cum folio (f.) citabimus.

De Congregationis origine ac de primigenio eiusdem obiecto lectorem abunde edocet Regularum Prooemium (p. 6-15), in quo iustis laudibus honorantur D. Sampson [*sic*] Carnevale, operis ductor, ac D. Franciscus Staybano, Fundatoris socius eximius. Aliunde tamen novimus huic Sodalitati, ab archiepiscopo neapolitano approbatae ac confirmatae sub ipso erectionis anno 1646, adhaesisse 37 Fratres seu Socios sedemque fixisse prope Seminarii urbani sacellum in aula seu cappella ecclesiae cathedrali contigua (6). A Congregationis ortu, sub antistitis neapolitani vigilantia suprema, inter Sodalitii membra accensebantur e clero urbano primores, adeo ut « Reverendissimi » per excellentiam vulgo compellarentur, digni qui ab historico can<sup>o</sup> Carolo Celano efferrentur an. 1692 quasi « culmen cleri nostri » (*la cima del nostro clero*) (7).

Adscriptorum legio indesinenter succrevit, adeo ut decurrente decimo octavo saeculo, Sodalitatis aureo, elenchus fratrum « viventium » singulis annis *Giornali* praepositus enumeret: pro anno 1724-1725, in quo ingressus est S. Alfonsus, 107 fratres: pro anno autem 1773, fratres 248. Nihilominus ponderi atque efficaciae potius quam sodalium numero prospiciebant zelantes moderatores: quare semel atque iterum apud *Consultationum Regestum* producuntur deliberationes ac monitoria ad intensiorem congressuum hebdomadialium frequentiam, intimata expulsione iis qui sine praevia excusatione aut licentia abessent. Illi vero, quibus extra urbem neapolitanam munia ecclesiastica mandata erant, locum proprium adfiliationis retinent in annuo congregatorum indice: unde colligitur quanti aestimanda sit haec *Giornalium* aurifodina historica ad cleri neapolitani gloriosum agmen pro singulis annis dimetiendum.

Primigenius autem Missionum Apostolicarum scopus eo collineabat, ut Sodalitii membra opem suam conferrent « non tam ad fidei domesticos quam principalius ad infideles » (p. 10): quibus illuminandis mitterentur illi « nutu S. Pontificis eiusque Sacrae Congregationis Emm. S. R. E. cardinalium Propagandae Fidei praepositorum. Per lo che fin d'allora la nostra Congregazione fu detta: De Propaganda Fide » (8). Dictum sane sive Soda-

legerat ab an. 1706 D. Antonius Sanfelice in volumine manuscripto: « Copia di varie Lettere, Decreti et altre Scritture... della Congregazione de Propaganda Fide..., offerta alla medesima per le mani dell'ill.mo P. Superiore il Signor D. Pietro Marco Gizzio..., dal minimo F. llo Antonio Sanfelice, Roma, 1706 » (Arch. Miss. Apost. Documenti, vol. I, 1646-1712).

(6) Arch. Miss. Apost. Ibid. ff. 2-5, 21-35. - Congregationis Fundator ibidem nuncupatur « Sansone Carnevale, Dottor teologo, Paroco della Cattedrale » (f. 2).

(7) C. CELANO, *Notizie della città di Napoli, Giornata Prima*, Napoli 1758, 3<sup>a</sup> ed., 83. Huius operis prima editio prodiit an. 1692.

(8) G. SOLIMENO, *L'Ave Maria della Missione*, Napoli 1677, 692. Reapse quoddam tentamen versus Africam moliri voluerunt missionarii, quin exitum stabilem obtinerent.

litis agnomen perstitit tale: effectiva tamen apud nationes exteras evangelizatio evanuit propter causas a Sodalitio alienas. Sic enim enarrant Congregationis ductores casum adversae fortunae: « Dum vero — pergit Proaemium — plures ex Fratribus nostris ad Fidei hostes expeditiones meditarentur: eis, quos operi iam satis aptos agnoverant, in sacris litteris instructos adeptâque linguarum peritia, vi ac aestu bellorum tunc temporis debacchantium penitus ad illos exclusus est aditus: nisi potius ex divina dispositione id acciderit » (p. 11).

Divino igitur beneplacito obtemperantes, campum apostolicae activitatis ad missiones pro grege fidei coarctarunt, sacram nihilominus flammam seu spem secretam alendo futurum fuisse ut dies aliquando illucesceret, quo « in viam gentium » abire fas esset apostolis adeo generosis, zelo Ecclesiae Dei propogandae adustus: « Vellent etiam postremas barbarorum provincias pervadere, vitam ac sanguinem pro Christi nomine ad fidei dilatatione daturi » (p. 9-10).

Interea Congregationis institutum seu finem, utpote de facto intra regni neapolitani limites circumscriptum, huic territorio aptare conati sunt. Exinde ergo connationales evangelizare properarunt optimo quo possent successu; quem in finem a Regulis Sodalitii plasmandis haud destiterunt, donec in ipsis ante fratrum oculos subicerent quasi sculptam imaginem divini Redemptoris missionarii. Ecce verba aurea: « Methodus [nostra] ullatenus abest ab ea, quam Christi Domini ac Servatoris nostri monstratum edocet exemplar. Is enim a Patre missus evangelicos missionarios omnino ad sui formam disponere satagit, adeo ut Apostolis manifestarit: *Sicut misit Me Pater, et Ego mitto vos* (Io., XX, 21)... *Circuibat Iesus omnes civitates et castella, docens in synagogis eorum et praedicans Evangelium regni* (Matth., I, 35) (p. 6-7) ». - Nec ab evangelizationis ac salutis opere abesse passi sunt Beatae Mariae Virginis praesidium ac cooperationem: « Merito Congregationi huic nostrae nomenclaturam tribuerunt *Clericorum Saecularium Apostolicarum missionum sub patrocinio S. Mariae Reginae Apostolorum*. Quo fieret, ut Virginis Deiparae subsidium expeterentur atque Apostolici Labores ipsiusque supremi Pastoris ac Sacerdotis exempla prae oculis haberentur » (p. 11).

In Prooemii nomenclatura agmen hoc missionarium vocatur *Congregatio*. Huiusmodi vocabulum haud accipiendum est hodierno sensu canonico (can. 488), quandoquidem eiusdem membra votis religiosis prorsus carebant; sed communi illius aevi significatione, quae Sodalitatem clericalem dumtaxat comprehendebat. Huc quoque confert vox *secularis* clericis istis reservata, cuius ope indolem Associationis discernabant a quovis regularium interventu sive contactu alienam: nisi fortasse, prouti S. Alfonso cum suo Instituto accidit, hanc faciem *saecularem* prae se ferebant Regulae, ut eorum auctores et actores morem gererent regis consiliariis novas religiones horrentibus. Quidquid hac de re sit, clerici isti missionarii vitam « in seculo » agebant, in sua quisque domo ac cum propria familia commorantes, absque votis sive publicis sive privatis, nullo alio inter se ac cum sodalitate ligamine adstricti quam promissione, quae die admissionis ante superiorem his verbis effere-

batur: « ... Firmiter statuo, quantum in me erit, cooperari Christo Domino nostro et Ecclesiae Catholicae Romanae Pastoribus in salutem animarum, praecipue in sanctis missionibus, et diligenter observare omnia et singula quae habentur in Regulis et Constitutionibus huius Congregationis Apostolicarum Missionum, in quam Dei gratia hodie sum admissus, ac obedire superioribus pro tempore eandem Congregationem dirigentibus » (9).

Admissionem praecesserat sic dictus Novitiatus per sex menses protrahendus, modo de candidatis secularibus ageretur receptis intra sacerdotium vel saltem post alios sacros ordines (p. 85). Sicut enim non nisi postulantes « clericali tonsura saltem initiati » (p. 79) fas erat cooptari Sodalitatis tirocinio, sic in eodem perstare cogebantur « donec ad sacros ordines promoti fuerint » (p. 86), sicuti in Alfonso statim comprobabimus. Tironum qualitates, probationes ab ipsis in Novitiatu subeundae, conditiones ac caerimoniae ante receptionem et in admissione implendae atque observandae minutatim constant in Regulis (p. 76-89; f. 33-39) atque in Sodalitii Rituali seu precum libello. Eorum instructio, sub magistrorum ac seniorum ductu, characterem practicum haud respuebat, speciatim pro candidatis sacerdotibus vel in sacris, quibus praecipiebatur: « Per id temporis frequenter congressibus [Associationis] intersint atque Fratrum laboribus operam conferant, missionum praesertim extra civitatem, ad quas per annum semel ad minus astringentur, sive exercitiis missionum navalium, sive eorum quae fieri solent in hospitio SS. Petri et Ianuarii extra moenia » (p. 85; f. 37). Mox videbimus quo pacto haec omnia adamussim observaverit in tirocinio S. Alfonsus.

Congregationis regimen, simplex ac quodammodo democraticum, distinguebat officiales maiores et minores: primi, dicebantur Superior et duo Assistentes; secundi, duo magistri novitiorum, tot pariter admonitores, sex consultores, secretarius, praefecti tum controversiarum fidei, tum rerum moralium, depositarius seu rationalis, duo vel quattuor infirmorum [Congregationis] visitatores, quattuor sacristae, quattuor ianitores (p. 35-36). « Accedet praefectus linguarum, cuius opus erit ante congregationis exordium » (10). His omnibus ac universae Sodalitati praeficiebantur Superior atque Assistentes duo, quotannis eligendi mense iulio, feria secunda post B.M.V. Visitationem: hac quidem lege pro utroque munere, ut is in Superiorem vel assistentem delectus censeretur, cui pars votorum plenior obtigisset, dum pro Superioris aut Assistentium in alterum annum confirmatione requirebantur duae suffragiorum partes (p. 29-31; f. 8-11). Superioris of-

(9) *Praes ad usum Congregationis Missionum Apostolicarum* (vide supra, p. 396) 14.

(10) De linguarum studio apud Congregationem exordientem testatur Solimeno: « E per tal fine fin dal principio si mandarono in Roma alcuni soggetti ad apprendere le lingue Arabica ed Illirica per poi insegnarle nella nostra Congregazione à gli altri Fratelli » (G. SOLIMENO, *l. cit.*, 692). Decursu tamen temporis Praefectus linguarum substitit quasi echo « nostalgica » primitivae institutionis, quin de facto quidquam ille responderit sequenti Regularum praescripto: « Adiungimus etiam exterarum linguarum exercitium ad iuvenes erudiendos ad missiones infidelium, pro quibus potissimum nostra Congregatio institutionem accepit: cui assignamus horae quadrantem ante congregationis exordium » (p. 24). Hucusque saltem, nullum in Archivo vestigium comperimus experientiae polyglottae.

ficium alta mente in Regulis expenditur: « Haud proderit... nisi potius sit forma factus gregis ex animo, nec tantummodo agnomine Superior, sed prior opere, caritate ferventior, ministerio laboriosior ..., cui sane, non alii, dictum: *Qui praeest in sollicitudine* » (p. 37).

Assistentium brachium minuere satagebat onera Superioris, quem illi adiuvant in Congregationis gubernio, « laborem levando opere tripartito » (p. 42). Super quos cunctos ac singulos Rev.mus Archiepiscopus specialem exercebat auctoritatem, non solum ratione muneris sui, verum etiam ex traditione, quatenus ab ortu suo vigit Congregatio « sub immediata [Rev.mi Praesulis] iurisdictione » (p. 3) atque sueta fuit adunare sodales hebdomadatim intra Seminarii sacellum prope palatium archiepiscopale: quin etiam, Em.mus Spinelli, ceteroquin multoties haud nimis indulgens erga hos missionarios, eisdem an. 1749 ad usum concessit sacellum magnum proprii Episcopii (10<sup>a</sup>). Non est cur immoremur in minoribus Sodalitii officialibus, nisi ut per transennam observemus discrimen exstitisse inter consultores atque assistentes: quae quidem differentia pondus suum fortasse retinet in distinguendis similiter officiis Instituti alfonsiani nascentis.

Huic iuridicae ac hierarchicae fulturae innixa Sodalitas in duplicem Institutionis finem totis nervi contendebat: sanctificationem scilicet sodalium atque animarum salutem. Perlegenda sane est tertia Regularum pars (p. 157-206; f. 75-97), qua archetypus genuini sacerdotis-ferventis aequae ac zelantis-describitur et cuius quotidiana reproductio in singulis uniuscuiusque actibus proponitur, ad maiora semper animos fratrum efferendo. Media quoque suadet ad perfectionem tum propriam, tum Sodalitii adsequendam, sive meditationis exercitium et conscientiae examen, sive studii necessitatem et mutuam inter membra ac cum superioribus collaborationem rite promovendo. Nec solum theoretice, sed etiam in praxi aderant stimuli, v.gr. sedula vigilantia admōnitorum, qui, praeter Congregationis progressum, prospiciebant fratrum vitae moribusque (p. 49-52) ac per Superiorem sive per alium ab ipso delectum evangelica dulcedine aut, si casus exigebat, fortitudine errantes ad frugem bonam reducebant, prouti non semel in *Libro Consultationum scribitur*. Quin immo: vigeat curiosa quaedam Sodalitatis *Refirmatio* seu fratrum *Scrutinium*, cuius ope bis in anno coadunatis ad consultationem extraordinariam viginti quattuor membris instituebatur examen rigorosum de singulis Congregationi adscriptis, incipiendo a Superiore

(10<sup>a</sup>) « 14 maggio 1749... In questa medesima straordinaria congregazione il Superiore [can. Nicolaus Borgia] partecipò pubblicamente come il sud<sup>o</sup> Em<sup>o</sup> Sig. card. Spinelli, avendo considerato il bisogno che la nostra Congregazione aveva d'un luogo conveniente per radunarsi, essendo che pur troppo riusciva angusta, impropria e disadatta la Cappella del Seminario, dove sinora è stato solito di congregarsi, per tanto ci aveva data benignamente la Cappella grande del suo Palazzo Arcivescovile, sita accosto della Sala del d<sup>o</sup> Palazzo, assieme colla Sagrestia, affinché la nostra Congregazione avesse un luogo proprio, dove potessero i nostri Fratelli radunarsi e far tutte le di loro funzioni... - 23 giugno 1749. Questo fu il primo giorno, in cui si tenne la Congregazione nella Cappella grande del Palazzo Arcivescovile... - 30 giugno 1749. Prima si desse principio alla Congregazione, si compiacque il nostro Sig. Cardinale di onorarci colla sua presenza » (*Registro delle Consulte* I, f. 205-208). Inter alios actus minus indulgentes accensetur revocatio delegationis, qua fruebatur Sodalitium ut propriis membris adprobationem concederet excipiendi fidelium confessiones.

qui propterea, non secus ac singulis caeteri dum uniuscuiusque causa agebatur, ex aula discedebat. Quibusvis autem fratribus haud pauca ex Sodalitate commoda obveniebant, v.gr. usus bibliothecae, intentiones et foundationes missarum, in infirmitatibus subsidia ac consodalium visitationes, post mortem plura suffragia, in vita et post obitum privilegia atque indulgentiae. A Regulis vero exsulat in Beatae Mariae Virginis dolores specialissima devotio, quae teste D. Iosepho Solimeno congregatis familiaris ac fere « characteristica » devenerat (11), simul cum pietate eucharistica, etiam per crebras ad SS. Sacramentum visitationes adaucta (12). Erga Sanctos magis in Sodalitate colendos, vix alium praeter SS. Apostolos distinguimus quam S. Franciscum Salesium, in cuius festo speciales indulgentiae fratribus lucranda offerebantur (13). Ceterum S. Franciscus Salesius devotione quoque singulari recolebatur a Patris Pavone missionariis (14), apud quos item erat in usu pro singulis mensibus et annis sanctum Patronum cuilibet assignare.

Sed de his generalibus lineamentis iam satis. Nunc vero, quoniam mox subiungimus Acta, quae S. Alfonsi operositatem nobis referunt, praemittere iuvat Regularum cardines, quibus collegialis activitas Sodalitii volvitur, dilatatur aut restringitur. In primis memoria teneas oportet quemvis annum dimetiendum esse calendario non naturali, sed missionaliter operativo: eiusdem nempe initium sumendum esse quotannis mense iulio, feria secunda post Deiparae Virginis Visitationem, qua feria novus Superior novique Sodalitatis officiales maiores ac minores per suffragia capitulariter deligebantur. Ab hac igitur die usque ad eandem anni sequentis feriam procedunt annui « Giornali » sive « Manuali », id est, *Diarii*, in quibus pro scopo nostro alfonsiano discernuntur quinque praecipui fratrum interventus seu congressus, quos breviter Regula duce considerabimus, ut « cursus academicus » in sua amplitudine uno obtutu prospiciatur, scilicet:

1. - Congressus seu sessiones per annum singulis feriis secundis habendi.
2. - Exercitia Fratrum spiritualia quotannis mense octobri peragenda.

(11) SOLIMENO, *l. cit.*, 265-572.

(12) Cfr. G. SOLIMENO, *Il Corteggio Eucaristico*, Roma 1700, 737-748: « Pratica di visitare più volte il giorno il SS.mo Sacramento brevemente ». Nullatenus asserimus S. Alfonsum haurisse ex hoc libro inspirationem suam eucharisticam, etsi in quibusdam sacris textibus et exemplis uterque convenit; sed hoc opus adducimus tanquam indicativum motus eucharistici inter sacerdotes neapolitanos. Auctor enim, licet Romae sub finem vitae commorans uti Rector ecclesiae Spiritus Sancti « de' napoletani », clero parthenopaeo ligatus vixit.

(13) *Summarium indulgentiarum* [Ad calcem *Regulae*], 209: « In ... S. Francisci Salesii ... septem annos ac totidem quadragenas ».

(14) Legimus in « *Diario* » huius Sodalitatis: « 2 febb° 1742 ... Essendosi nell'anni passati eletto Protettore dell'Accademia del Sabato, così per divozione del Prefetto di detta Accademia come di tutti i Signori Ordinandi, il glorioso S. Francesco di Sales, dall'anno 1729 se ne principiò a celebrare la festa con solennità speciale... ». Quamobrem S. Francisci simulacrum seu statuam « a somiglianza di quella si venera nella chiesa delle RR. Monache della Visitazione » perficiendam curarunt eamque mox benedictam in sede Congregationis exposuerunt, sicuti ibidem narratur. In eodem *Diario* legimus circa sanctos Patronos sodalibus assignatos: « Domenica 7 gennaio 1742. Congregazione secreta ... Si dispensano le cartelle de' Santi Protettori del mese e dell'anno, facendosi le solite offerte ». Eiusmodi consuetudo viget pariter hodieque apud Institutum alfonsianum.

3. - Missio annua intra Neapolitanam Metropolim promulganda ante exercitiorum spiritualium finem.

4. - Missiones populares per regni civitates, oppida atque pagos provehendae.

5. - Suffragiorum sollemnia statis temporibus pro sodalibus offerenda vel in exequiis immediate post obitum, cum praesentia fratrum obligatoria.

1. - Congressus hebdomadarii seu sessiones singulis feriis secundis per annum habendae fiebant cardines, circa quos regyrabat Fratrum instructio theologica, moralis, spiritualis, missionaria ac disciplinaria (p. 20-26; 98-103; f. 5-8; 44-47). Sub invocatione gratiae Spiritus Sancti ac protectionis B.M.V. divique Ianuarii incipiebat discursus ad horae quadrantem tractus de fidei catholicae controversiis: collatio haec, ex traditione « ad iuvenes pro missionibus infidelium erudiendos » (p. 99), catholicum dogma defensive et positive proponebat, duobus Praefectis laborem semestratim inter se dividendibus. Priorem discursum nova subsequebatur theologiae moralis per alium quadrantem collatio: sic instituta, ut duo Praefecti seligerent quae ad confessoriorum instructionem aptius convenirent, praesertim casus practicos enodando in missionibus magis frequentes: solutionem ideo cuique licebat impugnare donec praefectus argumentis faceret satis.

Postea per semihoram fiebat brevis ad populum sermo, qualis in missionibus haberi solitus erat, « praecis omnibus excultae fucataeque dictionis ornamentis..., ut ex his assuescant Fratres in posterum graviter ac solide sermocinari » (p. 101). Quandoque sermonis vice substituebatur instructio catechetica ad instar illius, quae in missionibus « populo grandiori » fidei nostrae agenda et credenda proponebat et quae a S. Alfonso dicitur: « Cathechismo Grande o sia Istruzione al Popolo »; vel eius loco meditatio aut etiam sermo ad sacerdotes promebatur, sed ex fine dumtaxat oratorio, id est, eo modo quo pro sacerdotibus tradebatur, dum coram eisdem tempore missionum exercitia spiritualia in aliquo sacelloolvebantur. Nonnumquam tamen, post tertium nempe mensem, unicum praestituebatur exercitium, in quo ad fervorem Congregationis studiosius promovendum exhortatio particularis habebatur ab aliquo ex provecioribus sodali pridem deputato: ea mente, ut omnes promiscue commoneret eisque clarius ostenderet quinam spiritualis progressus in Associatione missionaria requiretetur, quave ratione virtutes apostolicae colerentur aut Fratrum defectus praecaverentur et diligentius extirparentur.

2. - Hunc fervorem quotannis renovare et augere nitebantur ope exercitiorum spiritualium, quae mense octobri per octo dies continuos ducebantur et ad quae universi clerici neapolitani invitabantur in apposita Congregationis sede; communiter vero plerique his exercitiis adstantes erant Sodalitii membra, quippe quod socii Congregationis Patris Pavone annua pariter exercitia peragebant, initio Adventus, in sacello proprio ac duce quodam Societatis Iesu direttore (15). Pro missionibus equidem Apostolicis ad haec

(15) Super exercitiis spiritualibus in his Congregationibus, cfr *Spic. Hist.* 7(1959) 433 ss.

exercitia spiritualia deputabatur « sacerdos ex nostris doctrina pietateque provector » (p. 104; f. 48): quae sane conditiones adaugent S. Alfonsi meritum, cum semel atque iterum tale munus suscepit, sicuti mox videbimus.

Methodus exercitiorum seu actuum concatenatio in hunc modum a Regulis proponitur (p. 105-108; f. 48-49), Praecedit lectio publica libri spiritualis statum ecclesiasticum efferentis: eiusdem dignitatem, onera atque munera. Sequitur sermo quinque horae quadrantes non excedens, at praeunte hymno « Veni, Creator Spiritus ». Tanquam sermonis argumenta proponuntur in Regulis sequentia: de sacerdotali dignitate, de vocatione ad statum adeo praecellentem, de bonorum operum exemplo laicis praebendo, de castitate custodienda, de scientia acquirenda, de perseverantia, de rerum temporalium curis abiciendis vel de adversantibus vitiis a sacris hominibus praecavendis. Meditatio subsequitur, non sine aliqua insinuatione, si opus fuerit, quae in duo vel plura puncta dispertietur secundum argumenti ubertatem. Denique, in locum opportunum cunctis convenientibus peragitur disciplinae exercitium iuxta proprium Rituale, memoria Passioni Christi renovata: « Passio D.N. Jesu Christi sit semper in cordibus nostris. Amen. Recordemini, Fratres carissimi... ». Deinde alternis vocibus cantatur psalmus « Miserere », cuius interdum versus interrumpit campanulae signo disciplinae praeses, ut adstantes hortetur ad « fervorosius » se flagellandum. In fine dicitur: « Peccavimus, Domine, peccavimus et peccata nostra cognoscimus: clementissime Deus, miserere nobis » cum oratione: « Deus qui culpa offenderis... ». Denique dum se vestibus induunt, alte et devote proferunt: « Anima Christi... » atque canticum « Nunc dimittis » (16). - Demum pro octo dierum exercitiorum clausura cantabatur solemniter hymnus: « Te Deum... ».

3. - Inter hos autem exercitiorum dies incipiebat futura urbis neapolitanae missio promulgari. Ex usu namque antiquo Praesules metropolitani commiserant Sodalitio, ut tam in dioecesi quam in ipsa civitate quotannis vel frequentius institueret missiones, quibus populus solemniter hac lustratione a culpis solveretur. Centrum missionis urbanae communiter in ecclesia cathedrali aut in magnifico Spiritus Sancti templo (*Via Toledo*) defigebatur: ad ipsum, quo densius convenirent, universi cives invitabantur, quin etiam suavi violentia compellebantur. Hunc in finem cuncta missionariorum cohors ad aciem accurrebat in suo quisque proelii loco, quem Superior singulis praesignaverat. Cerneret Fratres iusto numero bipartitos ac praefecto duce lustrare civitatis suburbia eo fere theatri apparatu genti meridionali iucundo: ex ecclesia scilicet viciniore, noctis tenebris obortis, prodibant Christi praecones imaginem Crucifixi inter lanternas efferendo ac B.M.V. litanias praecinendo. Ad viculum aut angiportum accedentes, ubi populi copia densabatur, iubet Praefectus comitatum sistere: statim aërem verberat tempestiva cantiuncula, ex cuius strophe argumentum desumit concionator, ut audientes commoneat de obligatione adhaerendi Deo per missionem vocanti apud se filios prodigos. Hae trivii aut fori allocutiones dicebantur

(16) *Preces ad usum Congregationis Missionum Apostolicarum* 21-23.

« sentimenti di apertura » et « sentimenti di notte », nec generatim dimidium horae quadrantem excedebant.

Initio missionis neapolitanae populus percellabatur magnae processio- nis spectaculo, hodie pro nobis fortassis paulisper choreali, tunc autem aedificationis pleno. Etenim Congregationis legio apostolica viros suos-ultra quinquaginta Fratres-agmine conferto explicabat, post vexillum Crucifixi versus ecclesiam missioni destinatam progrediendo. Spirituale mox prae- lium mane et vespere per 10, 12 immo et 15 dies pugnabatur, ea sane me- thodo eoque certaminis rythmo, quem *Regulae* praestituebant, additis vel substractis quibusdam programmatis adminiculis in urbe necessariis aut superfluis. Exercitium namque matutinum in *Regulis* comprehendit medi- tationem, soliloquium pro communionem necnon instructionem; vespertinum autem, praeter in viis allocutiones, enumerat instructionem catechisticam ad populum, rosarium B.M.V. explicatum et decantatum, « magnam con- cionem, id est, « la predica grande », ac benedictionem eucharisticam vel pro disciplina publica alloquium. Labor proinde arduus ac Evangelii seminatio vere intensiva: quae quidem magis patebunt ex immediata missionum extra urbem descriptione.

4. - Imprimis admirationem nobis et gaudium progignit alta missio- num aestimatio, qua superfusas diceres Sodalitatis *Regulas* tum latinas, tum italas: has potissimum, utpote in hac materia longiores ac perfectiores. Congregationis *fnis qui* (prout apud scholasticos inquiritur) sic missionarius per excellentiam effertur, ut pondere suo societatem constituat, inter alias similes definiat eiusque membris activitatem specificam atque immediatam intimare non desinat, praeunte evangelizantium Duce, Magistro et Co- operatore supremo, Divino scilicet Verbo Incarnato. « La nostra missione è simile a quella del Verbo Incarnato, essendo che tutti siamo inviati colle stesse condizioni e per lo stesso fine: vale a dire, di predicare la verità e di stabilire il Regno di Dios... Or la maniera di condurre a fine una sì rile- vante impresa, non altronde prender dee norma ed esempio, che da quello stesso, che a nostra istruzione ci lasciò il Divin Maestro: il quale mandato quaggiù dal Padre a promulgare il Vangelo della nuova alleanza volle e procurò, a somiglianza sua, i primi suoi missionari formare » (p. 1-2).

Nec ab Exemplari divino, Christo Redemptore, oculos avertunt legiferi Sodalitatis curatores, dum missionis praeparationi remotae et proximae na- vant operam, tam evangelizantium animis quam populorum necessitatibus prospiciendo. Ad apostolorum animos quod spectat eosdem imbuere atque exornare nituntur virtutibus itinerantis missionarii specificis: fraterna ad invicem cordium unione: *in uno spiritu unanimes, collaborantes fidei Evange- lii* (p. 5-6); absoluta erga superiores et praefectos dependentia (p. 7-8); uni- formi in itineribus paupertate (p. 12-16); fidelissima in missionis decursu observantia legum particularium, quae universis ac singulis missionariis minutissima quaeque praescribebant, sive pro exercitiis quotidianis in do- mo ad cohabitandum conducta (p. 17-31), sive pro cuiusque agendi ratione intra vel extra ecclesiam (p. 31-37).

Verum enimvero, quo melius cuncta decursu missionis procederent, sua

cuique munia a Sodalitii rectoribus opportune adsignabantur. Primum Neapoli, in consultatione praevia, missionis Superior seu Director eligebatur, cui incumbere Regularum observantiae assidue studere et opportuna pro secundo laborum exitu disponere. Honor sed onus, imperante ei Regula: « Siccome precede agli altri nell'ufficio, così gli dee ancora precedere nell'osservanza e nelle fatiche, affinché il di lui esempio serva a tutti di norma e d'incitamento » (p. 38). - Secundo. Zelator seu Monitor, cuius munus per se intelligitur: aetate aut admissione inter Fratres maturus, censebatur consiliarius natus Superioris; huius in capitulo culparum, missionis tempore habendo, excipiebat accusationem eique poenitentiam iniungebat (p. 28-29; 47). - Tertio. Oeconomus, cui mandabatur cura rerum materialium ad missionarios in domo conducta alendos atque reficiendos: minutae sui officii praescriptiones (p. 48-57), ultra operariorum commodum necessarium, in aedificationem quoque vergunt populi « che vede o ascolta » (p. 54), ideoque quoad cibum mos priscus suadetur: « Tre piatti caldi la mattina, e due la sera, fuori del *sopratavola*... Una sol volta in ciascheduna missione farà una pietanza di più, che noi diciamo *Reliqua* » (17). - Quarto. Praefectus ecclesiae, a quo plurima negotia « practica » pendebant, v.gr. suggestus rite disponendus necnon « cattedretta » pro instructione et rosario, confessionalia, adparatus ad expositionem eucharisticam, sacellum pro puerorum catechesi, locus pro exercitiis ad clerum, horarium missarum, campanarum sonitus, et his similia. « Non ritrovandosi in chiesa il Superiore, a lui spetta dare la benedizione a tutti que' Padri che devono predicare » (p. 61). « Fuori del pulpito solito e consueto, non permetta che si erigga alcun palco per predicare: non essendo mai stata questa la pratica della nostra Congregazione ». - Quinto. Pacifer seu Praefectus pacis, ad urgendas, perficiendas et coram notario signandas inimicorum, si qui erant, reconcilia-tiones. - Sexto. Poenitentiarius, seu missionarius specialis « a maiori parte consultationis ordinariae Neapoli existentis » praestitutus, cui facultates ampliores ex S. Poenitentiariae pagella concredebantur. Per se patet praedicta officia uni missionario cumulative partim distribuenda fuisse, cum exiguis evangelizantium numerus id persuadebat.

Missionariorum agmine ita constituto, certamen spirituale in loco destinato evolvebatur iuxta programma definitum, quod communiter Praemissionem, Corpus missionis ac Postmissionem amplectebatur, reservata nihilominus superiori quadam executionis libertate pro adiunctorum differentia ac animarum numero vel necessitate. Praemissio (deest in *Regulis* atque inter missionarios coevos hoc vocabulum hodie communiter usitatum) ea omnia elementa includebat, quae de more tum remote, tum proxime valde conferebant ad eventus « exspectionem » et ad eiusdem proficuum ex parte populi usum: hinc praevii cum parochis contactus, hinc solemnibus missionariorum processionaliter ingressus, hinc sollicitae ad supremam — si

---

(17) *Reliqua*, prout ipse textus docet, erat ferculum superadditum cibis ordinariis. Re vera devenit « punctum dolens » inter missionarios, quorum nonnulli nimis gulae interdum indulgere, praebentes ansam gravibus Emmi. Spinelli et S. Alfonsi commotionibus, de quibus opportune agemus.

quae erat — auctoritatem ecclesiasticam ac civilem visitationes, hinc denique per vicos et plateas primis diebus allocutiones nocturnae et diurnae supra memoratae (*sentimenti di apertura, sentimenti di notte*). In medios igitur hostes irruebant impetu haud multum dissimili ab eo, quem nonnulli hodierni praecones evangelici invenisse ex se ipsi praesumunt: « Iuvabit peccatores, Ecclesiam ingredi renuentes diabolique laqueis irretitos, apud ipsas habitantium domos, officinas publicasque vias et conventicula prosequi » (p. 155).

Cum spirituales pugnam adoriri Christi milites intendissent sensu quodam « totalitario », nullum per se coetum populi a certamine excludebant. Regulae proinde insinuant: « Esercizi spirituali al clero, e talora separatamente al seminario secondò la necessità del luogo e il desiderio del Prelato. - Esercizi spirituali a' soldati, essendovi quartieri militari. - Esercizi spirituali a' carcerati, posto che siano in numero competente. - Radunare in qualche oratorio separato le bizzocche (18) per tre giorni » (p. 76-77). - Attamen subsistit prohibitio a S. Alfonso Fundatore in suis missionariis innovationibus negligenda: « Non si facciamo esercizi separati per la gente nobile e civile, essendo una tal distinzione opposta allo spirito di Gesù Cristo, ed ancora molto pericolosa per le gare e contese, che spesso può cagionare » (p. 77).

Corpus missionis essentielle duplicem instructionis ac conversionis scopum attingere satagebat, idque exercitiis matutinis, diurnis ac serotinis, adeo ut tota fere dies hac intensiva cultura insumeretur. Primo mane meditatio fiebat, ut populus orationi mentali assuefieret et vitae novissima recogitaret (p. 150): in locis autem praecipuis ac magis populosis vera concio, ad nutum superioris, instituebatur quin tamen magnae concioni serotinae noceret (p. 84-85). Diebus autem communioni destinatis soliloquia pro praeparatione et pro gratiarum actione habebantur. Pueris ac puellis in sacellum opportune seiunctis atque propria catechesi et specialibus hortationibus ad sacramenta dispositis, omnes nervos protendebant missionarii, ut universum Christi gregem doctrina illuminarent ac gratiae cibo depascerent.

Ante omnia illuminatio seu instructio. « L'esercizio delle sante Istruzioni, docent *Regole*, è uno de' più necessari e de' più utili al popolo cristiano... In tutte dunque le nostre missioni si sarà sempre il catechismo o sia l'Istruzione... Sebbene sia stato solito farsi la mattina alla prima ora una mezza ora di meditazione in chiesa: contuttocciò molte volte si è stimato meglio, in luogo di essa, fare un'altra Istruzione prima di far giorno

---

(18) « Bizzocca » sensu quodam peiorativo significabat olim partem devoti feminei sexus addictam exercitiis externis religionis, at expertem profunda pietate. Nihilominus tempore S. Alfonsi vocabulum comprehendebat quoque feminarum agmen, vere pium ac devotum, ac prae primis maturiores virgines sic dictas « in capillis », quae interdum votis stricte privatis ligabantur. Apud notarios usu venit vox « bizzoccare », v. gr.: « Esso Rev.do Sig. D. Ignatio Russo desidera reponere in d° Conservatorio [*SS.mae Annuntiationis Massae Lubrensis*] le signore Anna e Grazia sue nipoti..., offre pagare ann. doc. 60 semestratim... da mò per allora che si viczocaranno [*sic*] o monacaranno... E non ritrovando si le dette Signore monacate seu viczocate restino [*ducatus*] a beneficio di d° Conservatorio » (Arch. Notarile - Napoli. De Angelis Giuseppe, 1714-1715, f.16v).

per que' poveri campagnuoli, i quali per causa del lavoro non possono intervenire all'Istruzione del giorno ... Nel fare le Istruzioni si cerchi di spiegare quello che dal popolo cristiano è necessario sapersi: lasciando da parte i termini delle scuole e le quistioni teologiche e tutte quelle cose, che a' soli confessori si appartengono, per non aggravare, anzi per non confondere ed avvilitare gli animi e le menti de' poveri idioti » (p. 91). Eodem sensu abundabunt S. Alfonsi ad suos alumnos praescriptiones super Instructione seu Catechesi Maiori ad populum.

Nervus autem missionis sive eiusdem culmen reponebatur in concione vespertina, quae « magna » ab omnibus neapolitanis missionariis compellabatur (*Predica grande della sera*, p. 83). Secus ac S. Alfonsus, qui huius concionis argumenta ac contexturam dilucide proponet, Regulae Sodalitii nihil statuunt aut commendant nisi thema genericum: « Concionis vespertinae argumentum erit de Novissimis disserere » (p. 148). Lineam pariter generalem haud excedunt monita, quae singulas concionis partes respiciunt: « Exordium gravitatis plurimum habeat: oratio sententiarum et argumentorum pondere praedita sit: epilogus vero in affectibus ciendis totus sit, ut ad motus contritionem ac vitiorum detestationem animi inflammentur. Adnectentur etiam increpationes validae, secundum Apostoli praeceptum: *Argue, obsecra, impetra* (2 Tim., IV, 2) ».

Nec omnino ab his populi congressibus exsulabat B.M. Virginis interventus, quem S. Alfonsus medulla theologica roborabit ideoque efficacior reddet. Apud sodales namque Missionum Apostolicarum recursus ad Deiparam fovebatur tanquam spirituale oblectamentum inter exercitiorum missionarium repetitiones: « Ne autem per diem repetita exercitia populis aliquo modo fastidio sint, utque iis praesto sit Beatissimae Virginis auxilium, non sine consilio a maioribus nostris usurpatum fuit, ut pomeridianis horis devota publicaue sacri Rosarii recitatione eiusdem Deiparae laudes persolverentur » (p. 153). Cum igitur auxilium caelestis Mediatricis invocabatur, eiusdem quoque devotionem apud gregem christianum augere curabant missionarii: « Hinc Frater singulis vicibus deputandus, prius breviter aliqua suggeret ad excitandam in B. Virginem devotionem: tum quinque mariani Psalterii decades unica die percurret easque explicabit, brevem aliquam animadversionem adiungens, unde singuli proficere possint: quibus explanatis, singulae salutationum decades recitentur » (p. 154).

Postremum missionis stadium in Perseverantiam convergere debebat: hic labor, hic praelii vigilantia maxima: sin aliter, dum signa receptui canunt ac missionarii ab acie victores discedunt, hostis animarum denuo in campum sese redintegrit. Huius perseverantiae sortes vallare ac tueri spectabat ad Post-missionem, ad opera scilicet stabilia, v.gr. associationes religiosas, exercitia pietatis collectiva aliaque id generis, quae ultimis missionis diebus constituenda suadebantur. Atvero suasio elanguerat, adeo ut sub hoc perseverantiae aspectu methodus Missionum Apostolicarum parum efficax dicenda sit et manca: idcirco huic deficientiae remedium adferre curabit S. Alfonsus, ut in aliis articulis indicabimus. Tractationem etenim de Missionibus Apostolicis dilatavimus, ut, earum methodo evangelizandi praeco-

gnita, discernatur obiective quid Sanctus missionarius mutuatus fuerit ab aliis, quid autem novi traditionibus praeexistentibus ipse adiunxerit.

Coronidis instar subdimus tabellam, qua sodalibus Missionum Apostolicarum horaria distributio ad singula exercitia praeferiebatur, salva Directoris missionis facultate contrahendi aut ampliandi durationem functionum, pro loci vel temporis vel adstantium opportunitate (p. 139-140).

HORARUM DISTRIBUTIO AD SINGULA MISSIONUM EXERCITIA MATUTINA.

Tempus durationis erit:

Meditationis . . . . .	Semihorae.
Soliloquiorum pro communione . . . . .	Saltem semiquadrantis.
Concionis . . . . .	Trium quadrantium.

*Ad Exercitia Vespertina*

Instructionis Catechisticae . . . . .	Trium quadrantium.
Decantationis Rosarii B. V. . . . .	» »
Exercitiorum Spiritualium ad Clerum . . . . .	» »
Doctrinae Christianae ad puerorum instructionem . . . . .	» »
Concionum per vias . . . . .	Unici quadrantis.
Concionis Vespertinae in ecclesia . . . . .	Quinque quadrantium.
Fustigationis laicorum vel clericorum . . . . .	Unici quadrantis.
Concionum serotinarum per vias . . . . .	Semiquadrantis.

III

S. ALFONSI IN MISSIONIBUS APOSTOLICIS PER OCTO ANNOS  
ACTIVA COOPERATIO USQUE AD SUI INSTITUTI  
INAUGURATIONEM (1724-1732)

Quae hucusque de Missionibus Apostolicis disseruimus, nobis perpendere sinunt adiuncta interna externaque eximii Sodalitii, ubi S. Alfonsus octo annos alacriter respiravit, primas auras carpens pro sacerdotali educatione vitales. Enimvero nullus ignorat quanti aestimandi sint, pro successu in quovis officio adimplendo, primi contactus cum aliis personis officio assuetis in eoque praestantibus. Ad has igitur coetus ecclesiastici personas, scientia atque experientia clarissimas, accedere properavit S. Alfonsus: eo vel magis quod, ineunte aetatis suae anno 27, inter clericos adscitus debuit studia ecclesiastica amplecti ac prosequi domi suae commorans: unde strictiore vinculo tenebatur a lege, quae iubebat ordinandos neapolitanos adscribi uni ex Congregationibus seu Sodalitiis saecularibus Neapoli tunc temporis florentibus, nempe: aut Congregationi B.M.V. in caelum Assumptae, vulgo « del Padre Pavone », sub PP. Iesuitarum directione, aut Associationi S. Ma-

riae Puritatis, alias «della Purità» (18<sup>a</sup>) o «della Purificazione», erectae a PP. Pii Operariis ad S. Georgii Maioris, aut demum Sodalitati Missionum Apostolicarum ad ecclesiae metropolitanae umbram prope palatium archiepiscopale sedem habenti. A die namque 9 septembris an 1721 vigeabat pro ordinandis edictum Em.mi card. Francisci Pignatelli declarantis: «Et acciò che essi ordinandi siano bene istruiti in questo [id est, in docendo catechismo] e negli altri propri e apostolici ministeri e nell'oratione mentale, comandiamo che uno giorno della settimana vadano continuamente in una delle Congregazioni di ecclesiastici, a loro elezione, o del Pavone, o di S. Giorgio o della nostra Cattedrale, come fu ordinato dal card. Decio Carafa nel Sinodo dell'anno 1619 (Decreto 16) e poi fino a oggi si è osservato: con portarne attestato della frequenza » (19). Ceterum, talis et tanta erat aestimatio, qua huiusmodi Sodalitates fruebantur, ut ipsemet S. Alfonsus asserere non dubitaverit: «In his Congregationibus adest flos cleri neapolitani, qui ob doctrinam et probitatem cuncto in orbe catholico mirifice celebratur » (20).

Maluit porro S. Alfonsus Missionum Apostolicarum Congregationi adhaerere, tum ob probatam eiusdem clericalem efficacitatem, tum fortasse propter consilium propinqui sui D. Petri Marci Gittio, canonici Metropolitanae Ecclesiae, in Seminario urbano rectoris necnon membri prae primis fulgentis in Congregatione citata, cui a lonquinquo an. 1690 adscriptus erat et in qua regenda potissimas partes non semel absolverat: iisdem partibus denuo perfungi vocatus est qua novitiorum magister die 10 iulii an. 1724, quo in munere sese accinxit ad excipiendum — inter novos candidatos — S. Alfonsum.

Atvero quoniam, secundum prius dicta, Regestum sive *Giornale ovvero Manuale* Congregationis quotannis signat eiusdem activitatem a feria secunda post festum Visitationis, novis scilicet delectis Sodalitii moderatoribus, idcirco in *Giornalis* per annos transcriptione sequemur *annum academico-missionarium* ab una ad alteram aetatem. Nec cuius sit offendiculo haec agendi ratio quasi vox «Academia» redoleat quid scholasticum aut artisticum. Certe quidem in Synodo dioecesana convocantur hebdomadatim sacerdotes non ad academiam, sed ad «conferentiam» casuum: qua similiter denominatione utebantur sodales Patris Pavone; at reipsa vocabulum «Academia» non fuit olim insuetum ad exprimendos conventus culturales, adeo ut, saltem a capitulo generali an. 1749, incorporatum mansit Regulis alfonsianis ac significavit collationes hebdomadarias de rebus moralibus,

(18<sup>a</sup>) Sodalitas haec duxit ortum an. 1680 in ecclesia S. Nicolai «a Toledo» ex zelo Ven. Antonii Torres, Pii Operarii: inde translata est in S. Georgium Maiorem sub directiones eorumdem Piorum Operariorum, qui hac de causa dicebantur vulgo: «Giorgini» (Arch. Vaticano, Riti, v. 1899, Proc. Informativus Neritonensis pro Ven. Antonio Torres, an. 1735, f. 84 ss. Testis et Processus fautor est Rev.mus Antonius Sanfelice, illius filius spiritualis). - Titulum «della Purità» explicant nonnulli testes quasi vexillum virtutis specialiter a sodalibus colendae; e converso in instrumentis notarilibus allegatur agnomen cum relatione ad Purificationem B.M.V.

(19) *Synodus Dioecesana...*, Romae 1726. - *De Vita clericorum*, Appendix XXVI, Editto dell'anno 1721, 268-272. - Cfr *Spic. Hist.* 7(1759) 434.

(20) ALPHONSUS DE LIGORIO, *Expiatio a nonnullis in me disseminatis calumniis...* In: *Medulla Theologiae Moralís...* cum Adnotationibus, Neapoli, 1748, col. 1030.

dogmaticis, missionariis, biblicis ac ritualibus. Ceterum annus missionarius rectius inchoabatur « post aquas », id est, post primas pluvias autumnales ac sine intermissione procedebat etiam — multoties — tempore Natalis Domini aut saltem immediate post Epiphaniam.

Summarius noster annorum elenchus forsan deveniet primo aspectu aridus atque iniucundus, sed eo ipso fit eloquens et pro historico magis delectabilis, utpote in se comprehendens S. Alfonsi clerici atque iunioris sacerdotis praeconium genuinum et obiectivum: unde textus excerptos proponimus in corpore articuli, minime vero in notis, quibus frequenter indigebimus ad penitorem textuum dilucidationem. Profecto allegamus non pauca nomina ex Sodalitii proceribus, tum ob eorum influxum in Congregatione et in Ecclesia neapolitana, tum propter ipsorum cum S. Alfonso consuetudinem deinceps operativam. Amicitiae namque leges constituunt signum characteristicum in S. Alfonsi terrestri vitae curriculo.

ANNUS PRIMUS: 1724-1725. - S. Alfonsus novitiatum peragit (*Giornale o Manuale*, v. 36: luglio 1724-luglio 1725). Sub huius anni initium recensentur (f. 3-7) nominatim in elencho 107 Fratres, quibus ad honorem praest Benedictus XIII, Sodalitio adscitus die 8 ianuarii an. 1677. - Inter officiales maiores ac minores electos die 10 iulii an. 1724 eminent D. Ioannes Venato, superior; can. D. Petrus M. Gittio et D. Franciscus Sacchetti, magistri novitiorum; D. Iulius Nic. Torni, D. Iosephus Perrella, D. Franciscus Iorio et can. Dominicus Vanalesti, magistri ordinandorum; DD. Petrone et Chiara, praefecti controversiarum; DD. Alfano et Faenza, praefecti theologiae moralis (f. 11).

Huic ergo missionariorum coetu amplissimo, vixdum die 23 septembris an. 1724 prima tonsura clericus Alfonsus coronatus prodiit, aggregari deposcit. Petitione semel atque iterum — prout de more — ad trutinam in consilio revocata, die tandem 27 octobris obtinuit candidatus plena Fratrum suffragia, et quidem recurrente consensu extraordinario propter laboriosum cursum missionis in ecclesia Spiritus Sancti: inter 51 missionarios adstantes distinguimus DD. Gittio, Torni, Fortunato, Borgia aliosque postmodum S. Alfonsi consiliarios aut amicos. De actu nos docet *Giornale*: « Consulta fatta, nella quale fù proposto D. Alfonso di Liguoro a tutti i soprascritti Fratelli per esser ricevuto nel numero de' Novizj, e viva voce e nemine discrepante fù ammesso » (f. 122).

Physicus autem ingressus novitii, ex Regularum praescripto (p. 84), ad sequentem differebatur conventum, cuius decursu neocandidatus, prae-salutata B.M. Virgine, a magistro adiutus genuflectebat coram superiore atque ab eodem de Regularum observantia ac de perseverantia admonebatur. Inde receptus, Deo superiorique gratias agebat atque suum locum in congregatione accipiebat. His de causis S. Alfonsus prima vice inter adstantes 44 socios ac 5 novitios scribitur die 13 novembris (f. 31). Novitiorum autem numerus accrevit usque ad 29, quorum 11 sacerdotes, 1 diaconus, 3 subdiaconi, 6 clerici (ultimus sic effertur: « Novizio cl<sup>o</sup> D. Alfonzo Liguoro »), 8 absque qualificatione (f. 29).

Ducibus ergo DD. Gittio et Sacchetti (21), S. Alfonsus tirocinii sui inchoavit cursum, quem Congregationis *Giornale* contradistinguit tribus potissimum manifestationibus: sessionibus nempe hebdomadariis, annuis exercitiis spiritualibus atque diversis missionibus intra vel extra civitatem neapolitanam. De quibus singillatim pauca subindicamus.

A. - *Sessiones hebdomadariae*. - Quo plenior conspiciatur participatio S. Alfonsi in his consessibus, sublineamus pro tribus primis annis accuratam et uberem notitiam a secretario nobis oblatam: deinceps vero summam illius praesentiam aut interventus perstringimus. Sit igitur pro hoc cursu copiosa *Giornalis* annotatio:

- f. 31. Die 13 novembris an. 1724. Adsunt 44 Fratres et 5 novitii, quorum primus Liguoro.
- f. 32. Die 27 novembris. Adstant 29 Fratres et 3 novitii cum Liguoro.
- f. 33. Die 4 decembris. 35 Fratres et 3 novitii cum Liguoro.
- f. 33v. Deest Liguoro.
- f. 33v. Die 11 decembris. Deest Liguoro.
- f. 35. Die 8 ian. 1725. - Deest Liguoro.
- f. 36. Die 15 ian. - Deest Liguoro.
- f. 37. Die 23 ian. - Adsunt 31, quorum penultimus Liguoro.
- f. 37v. Die 29 ian. - Adsunt 24, praeter 9 novitios, quorum primus Liguoro.
- f. 38, 39, 40. - Diebus 5, 19, 26 februarii. Deest ter Liguoro.
- f. 42. Die 12 martii. - Adsunt 33, praeter 4 novitios, quorum tertius Liguoro.
- f. 43. Die 9 aprilis. Adsunt 31, praeter 7 novitios, quorum tertius Liguoro.
- f. 44. Die 16 aprilis. - Adsunt 29, praeter 19 novitios, quorum 8 Liguoro.
- f. 45. Die 23 aprilis. - Adsunt 31, praeter 11 novitios, quorum postremus Livoro [*sic*].
- f. 46. Die 30 aprilis. Adsunt 18, praeter 12 novitios, quorum 9 Liguoro.
- f. 47. Die 7 maii. - Adsunt 21, praeter 10 novitios, quorum 9 Liguoro.
- f. 48. Die 14 maii. - Adsunt 34, praeter 10 novitios. Excusantur 13 absentes, quorum 6 Liguoro.
- f. 49. Die 28 maii. - Adsunt 39, praeter 15 novitios, quorum 11 Livoro [*sic*].
- f. 50. Die 4 iunii. - Adsunt 30, praeter 15 novitios, quorum 6 Liguoro.

---

(21) Uterque magister novitiorum accensebatur inter membra praestantiora Sodalitii. Super D. Petro Marco Gittio, quem historici appellarunt communiter avunculum S. Alfonsi, edemus specialem dissertationem. In primo suo *Libello Spirituali* S. Alfonsus memorat suos consulentes Gittio, Jorio, Sacchetti, Perrella, Setola aliosque consodales.

- f. 51, 52, 53. Diebus 11, 18, 25 iunii deest Liguoro, interea ad missionem Prochidae profectus.
- f. 54. Die 9 iulii. - Adsunt 50, praeter 11 novitios, quorum 3 Liguoro.
- f. 56. Die 23 iulii. - Adsunt 36, praeter 7 novitios, quorum 3 Liguoro.

Interim die 9 iulii pro annua officiorum renovatione adunata est congregatio generalis, in qua ad novum cursum confirmatus venit superior: « Il Signor D. Giovanni [Venato] ha avuto voti quarantasette: sicché viene confermato Superiore per questo anno » (f. 55).

B. - *Exercitia Spiritualia*. - Praefatum *Giornale* (f. 100-107) nobis mandat exactas notitias super spiritualibus exercitiis, quae moderatore can<sup>o</sup> Pollastro a die 18 usque ad diem 25 inclusive octobris obierunt Fratres, simul cum uniuscuiusque meditationis argumento et divisione, de quibus alias scripsimus (22). Intervenisse docemur singulis diebus 50 circiter missionarios aut novitios, nequaquam vero S. Alfonso, qui nondum suffragia pro suo tirocinio erat adeptus atque sine dubio exercitiis spiritualibus ante primam tonsuram vacaverat.

C. - *Missiones intra ac extra urbem*. - Missio in magnifica Spiritus Sancti ecclesia (23) coepit die 19 octobris (f. 110) cum serotinis allocutionibus per vias et plateas et prosequuta est usque ad novembris initium (f. 123-124). Silet *Giornale* super S. Alfonso, utpote qui die 27 intra missionis labores suffragatus triumphavit. Statim vero, a die namque 18 novembris, in forum publicum descendit: in magna siquidem initiali processione comparet (f. 114, 142, 158) novitius noster inter 45 Fratres et 5 tirones, qui ducebant missionem S. Eligii Maioris prope forum Mercatus, haud procul ab historica ecclesia B.M.V. de Monte Carmelo. Apostolici hi labores usque ad diem 28 novembris protracti sunt, adstante S. Alfonso singulis vesperis (una excepta) et concionem magnam exaudiente, quam habebat D. Philippus Aveta in Sodalitio veteranus (ab an. 1704). Interfuisse quoque tironem nostrum exercitiis missionis matutinis animadvertit *Giornale*, non vero quotidie, sed quinques diversis diebus.

Postquam die 23 decembris eiusdem anni quattuor minoribus ordinibus initiatus fuit, aptior reddebatur S. Alfonso qui tirocinii probationem in missionibus extraurbanis pariter roboraret. Hinc secretarius adnotat in *Giornale*: « Oggi 16 aprile 1725 ... Academia di Morale: Faenza. Alli 21 aprile è partita la missione per Formicola » (f. 44). Intererat sessioni S. Alfonso; at non huic, sed missioni sequenti est adiunctus: « Oggi li 4 giugno ... Si è già conclusa la missione di Procida e s'è appuntato partire sabato mattina li 9 del corrente mese di giugno colla divina gratia: e sono li P. Superiore [D. Ioannes Venato], can<sup>o</sup> Gittio, Celentano, Carace, Coppola, Carrafa [*sic*], Torni, Satrone, Sabbiazzo, Palumbo, Liguoro, Se-

(22) Cfr *Spic. Hist.* 7(1959) 438.

(23) Supra modum dolemus quod huius ecclesiae et archiconfraternitatis Archivum, testibus hodiernis superioribus, destructum fuerit ab aereis incursibus in postremo bello criminoze iteratis.

tola, Novellis » (f. 50). Sequenti autem feria secunda subdit secretarius: « Li 11 giugno ... Venerdì, a Dio piacendo, partiranno per Procida Savastano, can<sup>o</sup> Vanalesti, Cristiano ».

D. - *Exsequiae* (ff. 239-2449). - Apud *Giornale* fideliter enumerantur exsequiae in Fratrum defunctorum suffragium celebratae, de quibus non nisi relate ad S. Alfonso occupabimur. Sic v.gr. (f. 241): « Fratelli intervenuti dell'ufficio de' morti... del Fflo. De Martino questa mattina mercoledì 18 aprile 1725 ». Adsunt 17 praeter 7 novitios, quorum primus: Liguoro. Nihil colligimus ex postrema *Giornalis* parte (f. 267-268), in qua recensentur « Visite » et « Sussidi » pro infirmis et pauperibus.

ANNUS SECUNDUS: 1725-1726. - *S. Alfonsi in Congregationem cooptatio* (*Giornale o Manuale*, v. 37: luglio 1725-luglio 1726). Segretario, D. Francesco de Novellis. - Maestro degli ordinandi: D. Giulio Nic. Torni, D. Giuseppe Perrella, D. Francesco Jorio, D. Domenico Vanalesti (24). [*Hoc volumen foliatione caret*].

Elenchus generalis *Giornali* praepositus comprehendit nominatim III Fratres, quorum num. 106 sic effertur: « D. Alfonso de Liguoro. - 1<sup>o</sup> ottobre 1725 ». Ita sane evenerat illius in Congregationem cooptatio: ex quo enim die 22 septembris eiusdem anni 1725 in « basilica » seu sacello S. Restitutae ad subdiaconatum ascenderat, satis conditioni fecerat, quae in « professo » ordinem sacrum praeexigebat. Aditus ergo patebat « professioni », seu potius admissioni in Sodalitium missionarium. Propter defectum namque votorum religiosorum nequibat actus, etsi publicus, professio utcumque canonica in illis rerum adiunctis nuncupari. Quem actum ut praecoleret, S. Alfonsus tempestive complevit omnia a Regulis statuta: hinc vicissim Sodalitii moderatores semel atque iterum de illo atque de ipsius connoviitiis admittendis deliberarunt, teste secretario: « A 17 settembre 1725 si fece la consulta per riceversi per Fratelli li Signori D. Alfonso Liguori, D. Tommaso Ruggiero, D. Giovanni Melfi, D. Antonio Serao, D. Teodosio Stasio, D. Francesco Benincasa; et i consultori furono: P. Superiore, Padre primo Assistente [D. Angelo Lazzari], Torni, Carafa, Cioffo, can<sup>o</sup> Va-

(24) Schola haec ordinandorum quamdam sibi vindicat attentionem, propterea quod conicere aliquis posset S. Alfonso cursus speciales ibidem frequentasse. Copia enim « magistrorum » prae se fert voluntatem illos cursus instituendi quin de effectiva institutione certiores non nimis reddamur, quatenus *Giornale* ordinandorum proprium (sat probabiliter in primo volumine incompletum) recenset: a) pro an. 1723, Antonium Pechini ventennem, theologiae alumnum; b) pro an. 1725, Ianuarium Guariniello; Nicolaum Ardia 18 ann. Logicae alumnum, Andream Piccolomini 17 ann. Rethoricae initiatum, Crescentium Montalto 20 ann. Physicae sequacem. Et sic porro annis sequentibus, donec post annum 1731 fit regularis assiduitas scholarum atque discipulorum, praeuentibus quidem an. 1732 duobus S. Alfonsi amicis, videlicet D. Ioanne B. Coppola, annorum 21, clerico in minoribus, et D. Iosepho Coppola, ann. 19, prima tonsura decorato. Ecce Archivi Missionum Apostolicarum sectio (*fondo*) propria: Vol. I. - *Giornale o Manuale* per gli alunni, oppure ordinandi della nostra Congregazione, dalli quali si deve frequentare sì per istruirsi, sì per le fedì necessarie per l'ordinatione: principiato quest'anno 1731. Vol. II. - *Manuale per gli alunni o pure ordinandi...* (1738-1758). - Vol. III. - *Manuale per gli alunni ovvero ordinandi...* (1758-1761). - Vol. IV. - *Registro degli alunni...* (1798-1812). - Vol. V. - *Registro degli alunni...* (1815-1826). Alunni isti fieri nequibant sodales nisi post sacros ordines (*se non costituiti negli ordini sacri*). - *Registro delle Consulte* I, f. 197.

nalesti, Leone, Tervigno, Palma 1<sup>o</sup>, Jordano, Alessandro, Urso, Danzi: e si determinò in detta consulta che il Signor Ruggiero restasse sospeso, e gl'altri si proponessero nella prossima congregazione per fratelli, essendo ottimi per la Congregazione: come in effetto seguì al primo ottobre 1725 furono bussolati: il Signor D. Alfonso Liguori nemine discrepante; il signor D. Teodosio Stasio un sol voto esclusivo; il signor D. Francesco Benincasa un solo voto esclusivo. E dopo fatta la professione della S. Fe-  
de furono ricevuti per nostri fratelli ».

Modus autem, quo « optimi » novitii recepti sunt, exigit brevem elucidationem ex Rituali seu precum Libello mutuata. S. Alfonsus itaque, utpote primus tironum, adductus cum sociis a magistro novitiorum ante sodalium conspectum, genua coram altari flexit ac fidei promissionem alta voce emisit iuxta formulam tunc temporis usitatam: « Ego NN. neapolitanus. Firma fide credo etc. » Claudebatur nihilominus quodam additamento, quod sine dubio iucundum existit S. Alfonso, quoniam eiusdem ope iterum publice fatebatur suam adhaesionem privilegio Immaculatae B.M.V. Conceptionis, sicuti palam anno 1713 professus erat (24<sup>a</sup>) eandem veritatem coram Almo doctorum Collegio neapolitano. « Demum, concludit formula praedicti Ritualis, firmissime teneo B.V. Mariam nulla labe originalis peccati fuisse maculatam eiusdemque Conceptionem, etiam in primo instanti, immaculatam fuisse profiteor, et sic me docere et praedicare promitto ». Quibus prolatis, ante Superiorem genuflexus iurat tangens Evangelium: « Ego idem NN. spondeo, voveo ac iuro. Sic me Deus... ».

Postea in eodem loco manens coram Superiore prosequitur: « Insuper Ego NN. positus in conspectu divinae Maiestatis, Beatissimae Virginis, Sancti Michæelis Archangeli, BB. Apostolorum Petri et Pauli, D. Ianuarii ac universae Curiae Caelestis firmiter statuo, quantum in me erit, cooperari Christo Domino nostro et Ecclesiae Catholicae Romanae Pastoribus in salutem animarum, praecipue in sanctis missionibus, et diligenter observare omnia et singula quae habentur in regulis et constitutionibus huius Congregationis Apostolicarum Missionum, in quam Dei gratia hodie sum admissus, ac obedire superioribus pro tempore eandem Congregationem dirigentibus. Ita det mihi precor divina clementia ad perfectam usque consummationem, gratiam perseverandi. Amen ».

Erectus, « novitius admissus » recipitur a Superiore atque ab Assistentibus et Fratribus adstantibus ad osculum pacis, dum alternatim a tota congregatione cantatur psalmus: « Ecce quam bonum... ». Completo pacis amplexu ac cunctis stantibus, excepto Fratre admissio qui ante altare genuflectit, Superior quosdam versus cum responsoriis subdit ac cordis vota precando effundit « super hunc famulum et super Congregationem istam ». Denique tandem claudit caeremoniam cum iaculatoria prece: « Nos cum Prole pia - Benedicat Virgo Maria (25).

Fratribus ergo plane aggregatus die 1<sup>a</sup> octobris an. 1725, licuit S. Alfonso in eorum societate exprimere alacriter suam indolem generosam,

(24<sup>a</sup>) Cfr *Sptc. Hist.* 3(1955) 131.

(25) *Preces ad usum Congregationis Apost. Missionum* 10-16.

perfectiōni ecclesiasticae, inhiantem. Hanc quo plenius assequeretur, statutis Congregationis ipse libenter obtemperavit intra cursum academicum, cuius tamen notitiae apud *Giornale* lacunosae quodammodo exhibentur. Eccere:

A. - *Congressus hebdomadarii*

- a) Die 6 augusti 1725. Adsunt 61 Fratres, ultra 7 novitios, quorum 6 Liguoro.
- b) Die 13 augusti. Deest Liguoro.
- c) Die 27 augusti, Adsunt 39, ultra 13 novitios, quorum 7 Liguoro.
- d) Die 3 septembris. Adsunt 39, ultra 11 novitios, quorum 6 Liguoro.
- e) Adsunt 34, ultra 12 novitios, quorum 4 Liguoro.
- f) Die 17 septembris abest Liguoro, super cuius admissione seu « professione » (hoc vocabulum nusquam usurpatur) consultatio fiebat.
- g) Die 1<sup>a</sup> octobris. Abest Liguoro, donec eadem die admissus fuit.
- h) Die 8 octobris. Adsunt 35 Fratres, quorum 28 Liguoro.
- i) Diebus 15, 19 novembris abest Liguoro.
- j) Die 26 novembris adsunt 42, quorum 7 Liguoro.
- k) Die 3 decembris abest Liguoro.
- l) Die 10 decembris. Inter novitios [!]: Liguori.
- m) Die 7 ian. 1726. Adest inter Fratres Liguoro.
- n) Diebus 14, 21, 28 ian. abest Liguoro.
- o) Die 4 februarii. Adsunt 36, quorum 32 Liguoro.
- p) Diebus 11, 18, 25 feb. abest Liguoro.

Demum: Liguoro adest diebus 11, 18 martii; abest 1, 8 aprilis; adest 28 aprilis; abest 6 maii, adest 13 maii, abest 20, 27 maii; adest 3, 17 iunii; abest 1, 8, 15 iulii.

Ad absentias partim saltem explicandas recolantur duo: S. Alfonso die 6 mensis aprilis an. 1726 in altari maiori Metropolitanae Ecclesiae sacrum diaconatum suscepisse: item parum firma valetudine hoc tempore gavisum fuisse.

Sub finem congressuum, qui per hebdomadas habiti sunt, animadvertit *Giornale*: « A 8 luglio 1726 per l'elezione del nuovo Superiore: e perché i Fratelli inclinavano alla conferma [*praecedentis Superioris*], si cercò la bussola per la dispensa per essere il terzo anno, come si dispensò... Il Signor Venato hebbe voti trentuno. Il Signor can<sup>o</sup> Gizzio voti dodici. - Elezione del 1<sup>o</sup> Assistente: il Signor Lazzari, voti trentotto. - Elezione del 2<sup>o</sup> Assistente: il Signor Rosa, voti trentotto ».

B. - *Exercitia Spirituality.* - Calamo succincto describuntur in *Giornali* spirituality huius cursus exercitia, quae per suetos octo dies continuos (21-28 octobris) habiti sunt. Ne praedicatoris quidem affert nomen, quod tamen a primis *Giornalis* foliis deducimus, ubi scribitur: « Deputato per gli eser-

cizi al clero: Aveta [*D. Philippus*] ». Numerus Fratrum qui interfuerunt accedit quotidie ad quinquaginta circiter: hos inter adest « Liguoro » quinque diebus, abest tribus.

C. - *Missio intra urbem Neapolitanam* his verbis apud *Giornale* memoratur: « Al 31 ottobre 1725 si principiò la S. Missione nella chiesa arcivescovile di questa città di Napoli e durò sino alli 12 di novembre 1725: si pose il pulpito nel mezzo della nave di mezzo, e vi predicò il Signor Torni, facendo l'istruzione il Signor Jorio, la meditazione il Signor Faenza, Di più si fece la divisione per confessori: quelli che confessavano nella nave del Tesoro, solamente ascoltavano le donne; nella nave di S. Restituta, solamente ascoltavano l'uomini, e ciò per impedire molti inconvenienti: e si è osservato esattamente da' Fratelli e d'altri invitati [*confessarii*]; e per essere Anno Santo, Sua Santità Benedetto XIII si compiacque alle suppliche dell'Emm<sup>o</sup> nostro Pastore cardinal Pignatelli di concedere indulgenza in detta chiesa arcivescovile ».

Facile intelligitur parvam aut fere nullam operam missioni contulisse clericum « Liguoro », cuius tamen praesentia vel absentia quotidie ibidem comprobatur. Interfuit sane die 31 octobris solemni processioni inaugurali cum 52 fratribus et 7 novitiis: adstitit pariter exercitiis matutinis quotidie, vespertinis autem semel atque iterum.

De missionibus tandem, si quae in hoc cursu peractae sunt extra urbem neapolitanam, silet *Giornale* (26).

ANNUS TERTIUS: 1726-1727. S. *Alfonsi sacerdotis primordia missionalia* (*Giornale o Manuale*, v. 38: luglio 1726-luglio 1727). Segretario D. Francesco de Novellis. - Maestri degli ordinandi: Torni, Perrella, Jorio, can<sup>o</sup> Vanalesti. - Prefetti della Morale: D. Carmine d'Arco, D. Bernardino de Leva. - Prefetti delle controversie: D. Carmine M<sup>a</sup> Setola, D. Francesco M<sup>a</sup> Galiri. - Elenchus generalis recenset 115 Fratres, quorum n. 105 sonat: « D. Alfonso Liguoro »: novitii 7 numerantur (f. 1-3).

Pro indagine nostra factum memorabilius contigit die 21 mensis decembris an. 1726, quo S. Alfonsus in altari maiori ecclesiae metropolitanae ad sacerdotalem dignitatem evectus fuit. Exinde porro audire fortius vocem conscientiae sibi visus est, ut ipse postmodum fatebitur: « Io, sacerdote chiamato ad acquistare anime, potrei essere di gloria di Dio...: pregate per me » (27). Hanc Dei gloriam corde ac mente dum refovet, ab ordinaria via non discessit sibi in Sodalitii statutis praefixa. Hinc sequentes adnotationes:

(26) Huc confert recolere quamdam missionem a biographis alfonsianis ex processibus canonizationis excerptam, at quoad tempus parum certam: « Io ebbi occasione di... vederlo e conoscerlo... in detto casale di Sommano e nella città di sopra Caserta, essendo io figliola di circa tredici anni, in occasione che il medesimo Servo di Dio [*Alfonso*] erasi colà portato tra Padri della Congregazione di Propaganda di Napoli per la santa missione in detta città e casali..., essendo il Servo di Dio allora non ancora di messa » (*Nucerina... Summarium super virtutibus*, Roma 1806, 92). Testis declarans vocatur D. Catharina Minutilli. - Nullum tamen huius missionis vestigium prostat apud *Giornale* Congregationis.

(27) *Lettere di S. ALFONSO* I, 4.

A. - *Congressus hebdomadarii*

(Pro anno 1726 volumen regitur foliatione, at eadem caret pro anno 1727).

- f. 8. - Diebus 21, 29 iulii. Abest Liguoro.
- f. 9. - Die augusti. Adsunt 40 Fratres, quos inter Liguoro.
- f. 9v, 10, 11. - Diebus 12, 19, 26 augusti, 2 septembris. Abest Liguoro.
- f. 11v. - Die 9 septembris. Adest Liguoro.
- f. 13. - Die 7 octobris. Adest Liguoro.
- f. 13v., ss. - Diebus 14 oct., 11, 18, 25 nov. 2, 9 decembris. Abest Liguoro, fortasse impeditus ex sua ad sacerdotium praeparatione.
- a) Diebus 13, 20, 27 ianuarii an. 1727. Adest Liguoro.
- b) Die 10 februarii. Abest Liguoro propter missionem Posillipi.
- c) Diebus 17 feb., 3, 10, 17, 24, 31, martii. Adest Liguoro.
- d) Diebus 21, 28 aprilis, Adest Liguoro.
- e) Diebus 5, 12, 19, 26 maii, 9 iunii. Abest Liguoro missionibus praepeditus.
- f) Die 16 iunii. Adest Liguoro.
- g) Diebus 23, 30 iunii. Abest Liguoro.
- h) Die 1 iulii, pro officialium electione. Adest Liguoro.
- i) De 14 iulii. Abest Liguoro.

Absolvitur annus academicus nova officialium electione: « Li 7 luglio 1727... s'è fatta l'elezione del Superiore...: can<sup>o</sup> Gizzio, 50 voti; 1<sup>o</sup> Assistente can<sup>o</sup> Maiello [D. Gennaro]; 2<sup>o</sup> Assistente, can<sup>o</sup> Vanalesti [D. Domenico].

B. - *Exercitia spiritualia*. - Mense octobri an. 1726 exercitia spiritualia (f. 18-24) tradidit D. Franciscus Jorio, ab anno 1713 sodalis, de quibus alias scripsimus (28).

C) - *Missio neapolitana* intra exercitiorum cursum ineunda coepit initium die 26 octobris in ecclesia Spiritus Sancti, moderatore D. Philippo Aveta. Magnae processioneis particeps invenitur S. Alfonsus cum 56 Fratribus: quinquies pariter adest exercitiis matutinis: immo, etsi dumtaxat diaconus, postrema missionis die soliloquium mane praedicavit.

Ad missiones extra urbem quod attinet, S. Alfonsus opem suam contulit, quasi impatientia raptus offerendi recentis sui sacerdotii primitias. In congressu namque hebdomadario, diei 27 ianuarii an. 1727, quo novellus sacerdos cum triginta sex Fratribus praesens describitur, subdit secretarius: « Si è appuntata la missione per Posillipo (29) e li soggetti sono: Padre

(28) Cfr *Spic. Hist.* 7(1959) 433 ss.

(29) Missio haec Posillipi, hucusque historicis alfonsianis ignota, locum habuit in extrema, aequae ac amoena, urbis plaga occidentali, quae olim « Villa Posillipo » diceba-

Superiore [Venato], Primo Assistente [D. Angelo Lazzari], Torni, can<sup>o</sup> Vanalesti, Salzano, Cristiano, Palma 1<sup>o</sup>, Alessandro, Jordano, Leva, Borgia, Liguoro ». Similiter in conventu diei 21 aprilis, adstantibus cum Alfonso 38 sodalibus: « Si è appuntata la missione di Campagna, e li soggetti sono: Padre primo Assistente, Padre secondo Assistente [D. Francesco de Rosa], Aveta, Carafa, can<sup>o</sup> Vanalesti, Pastena, Scoppa, Piro, Palumbo, Liguoro, Sarao, Stasio, Sacchi, Secondito ».

Nullum aliarum missionum vestigium. Dolendum sane est, quod in *Giornali* ablata fuerint plura folia. S. Alfonsus denique interfuisse scribitur semel atque iterum mense novembri funereis Congregationis officiis.

ANNUS QUARTUS: 1727-1728. - S. *Alfonsus missionarius confirmatur* (*Giornale o Manuale*, v. 39; luglio 1727-luglio 1728). Segretario D. Biase de Palma 2<sup>o</sup>. - Prefetti delle controversie: Borgia, Sacchi. - Prefetti di Morale: can<sup>o</sup> Poliastro, can<sup>o</sup> Jorio. - Portinari: can<sup>o</sup> Martino 2<sup>o</sup>, Penta, can<sup>o</sup> Romano, Liguoro. - Elenchus generalis (f. 1-5) agnoscit 109 Fratres, quorum n. 96: « D. Alfonso Liguoro ».

Brevitatis gratia, si summam conficimus sessionum quibus a die 14 iulii an. 1727 usque ad diem 4 iulii an. 1728 interfuit S. Alfonsus, invenimus (f. 7-24) fuisse duodecim: ex quibus pro illo devenit maioris momenti congressus diei 13 octobris an. 1727, quando praeside can<sup>o</sup> Petro M. Gittio et adstantibus 25 sodalibus ac 3 novitiis soliloquium pronuntiavit academicum, instar eorum quae in missionibus fiebant. Ad haec, in quibusdam aliis consessibus S. Alfonsi absentia expresse a *Giornali* excusatur (f. 14, 15) propter suam participationem in missionibus infra relatis.

B. - *Exercitia spiritualia*. - Mense octobri annua Fratrum exercitia spiritualia locum habuerunt (f. 16-23), duce primo Asistente can<sup>o</sup> D. Ianuario Maiello: his exercitiis S. Alfonsus ter participasse in *Giornali* comprobatur, prima namque, tertia atque ultima die, fortasse quia a missione statim inchoanda tenebatur. Ceteroquin fundamento destituta labitur opinio Patris Tannoia, adserentis S. Alfonsus novellum sacerdotem exercitia spiritualia ad S. Restitutae clero tradidisse (29<sup>a</sup>): enimvero cum ipse fastigium sacerdo-

---

tur, in spiritualibus ab an. 1597 concedita paroeciae S. Maria Gratiarum « in S. Strato ». Huius descriptionem nobis transmisit an. 1714-1715, post Visitationem archiepiscopalem, parochus D. Alexander Troise: « Parocchia e Cappelle della Villa di Posillipo. In primis la parocchia di S. Strato, nella quale sono eretti quattro altari: l'altare maggiore di S. Strato colla sua statua di legno indorato; l'altare del Rosario colla statua parimente di legno indorato, et un'altro altare del Rosario col suo quadro... Le Cappelle nelle pertinenze della marina..., una di S. Basilio..., altra di S. Maria del Fano... Stato dell'anime di detta Villa. Anime in tutto sono due mila e cento in circa » (Arch. Curia, S. Visita, Pignatelli III, 1714-1715, f. 183), In paroeciae confiniis numerabantur aliae 14 cappellae dispersae et diversis familiis subiectae iure patronatus. - Ex Libris S. Strati paroecialibus (v.gr. *Lib. IX Bapt.*, 1716-1735, f. 65, 88, 104) erudimur Rev.dum D. Carmine Ant. Vigilante munus parochi obiisse tempore missionis alfonsianae; haec, ut aliunde docemur, initium dedit anno sequenti ampliacioni et ornamento ecclesiae.

(29<sup>a</sup>) « L'Emm<sup>o</sup> Pignatelli, che ben vedeva come e quanto la grazia si comunicava per suo mezzo, appena fatto sacerdote, volle che dato avesse al Clero nella chiesa di S. Restituta gli santi Esercizj... El cardinale ci ebbe tale compiacimento... che calava di persona a sentirlo » [A. TANNIOIA] *Della vita del ven. Alfonso M<sup>o</sup> Liguori*, lib. I cap. 10,

tii conscendit die 21 decembris an. 1726, neapolitanus clerus annuis exercitiis iam vacaverat: de exercitiis vero hoc anno 1727 habitis nos erudit *Giornale*, quin S. Alfonsi nomen susurret.

C. - *Missiones intra et extra urbem.* - E converso passus S. Alfonsi evangelizantis sequi non semel valemus intra hunc cursum missionarium: quod quidem in laudem eius maxime cedit, qui inter veteranos Christi milites fere par efficiebatur. Missio generalis urbana, a die 25 octobris ad diem 3 novembris protrahenda, sedem sibi delegit cathedralem ecclesiam, quae in processione inaugurali novit munitum 56 Fratrum agmen, S. Alfonso haud ultimum locum occupante. Notat enim *Giornale* (f. 29-39): « Officiali della missione generale nella chiesa dell'Arcivescovado in quest'anno 1727: Predica grande: Carace [Tommaso]. - Istruzione: Rosa [Francesco de]. - Meditazione: Liguoro ».

Munus igitur S. Alfonso prae aliis senioribus concreditum maximi ponderis ducebatur ad exitum finalem, cui etiam prospiciebant non communes absolvendi facultates in *Giornali* (f. 39) consignatae, scilicet « facultates ab Em<sup>o</sup> card. Archiepiscopo concessae tam Patribus confessariis nostrae Congregationis, quam etiam aliis confessariis, qui fuerunt ab Ill.<sup>mo</sup> D.<sup>no</sup> Vicario Generali specialiter electi in subsidium praesentis missionis, absolvendi durante missione et in hac ecclesia cathedrali dumtaxat, ab omnibus casibus et censuris eidem Em.<sup>mo</sup> tam a iure, quam alias reservatis, excepto casu colloctionis de rebus obscenis et actibus impudicis cum monialibus... » (30).

Absoluta missione neapolitana, cerneret S. Alfonso, conferto cum sodalibus ordine, proficiscentem versus dioecesis « casalia » sub Vesuvii radicibus dispersa. Sufficiunt *Giornalis* succinctae, at eloquentes adnotationes (f. 46). « Missioni che si fanno nella diocesi e fuora. A 22 novembre s'è partita la missione per Bosco ed altri casali, e sono andati i fratelli Salzano, Aveta, Carace, Carafa, Jordano, Tervigno, Piro, Sarao, Liguoro, Palma 1<sup>o</sup>, Leva, De Simone. Per superiore, Carafa. Per la predica grande, Aveta, Jordano, Sarao. - A 26 dicembre s'è partita la missione per li casali di S. Sebastiano, Trocchia e Pollena, e sono andati i fratelli Torno, Rosa, Aveta, Carafa, Jordano, Lazzari, Carace, Secondito, Palumbo, Arco, Cuomo. Per superiore a S. Sebastiano, Carafa; per superiore a Trocchia, Lazari; per superiore a Pollena, Rosa. - Per la predica grande a S. Sebastiano, Torno; a Pollena, Aveta; a Trocchia, Carace ». Fortasse ex oblivione praetermisit secretarius nomen S. Alfonsi in Pollena (f. 46), postquam alibi (f. 14) loquens de congressu hebdomadario scripserat: « Oggi 5 gennaio 1728. Scusati [*ad assistendum*] per la missione di Pollena: Rosa, Carafa, Aveta, Liguoro, Tervigno, Arco, Carace, Secondito, Cuomo ». Eamdem excusationem paulo

---

Napoli 1798, 35). Haec tamen aptius quadrant cum exercitiis spiritualibus a S. Alfonso an. 1732 ibidem Clero datis, ut mox videbimus.

(30) Fortasse quispiam mirabitur casum hunc specialissima reservatione punitum, quatenus eo ipso frequentem fuisse suspicaretur. Alia tempora, mores alii. Iisdem fere annis aut non multo post exarsit disputatio theologico-moralis super gravitate « mammillarismi » cum sanctimonialibus: quae sane disputatio placuit et nocuit minusprobabilismi fautoribus.

ante adduxerat pro missione in Bosco (ff. 12 v<sup>o</sup>, 13: 24 nov., 1<sup>o</sup> dic.): « Scusatati per la missione di Bosco: Carafa, Carace, Aveta, Tervigno, Sarao, Liguoro, Jordano, De Simone ».

Has subsequitur alia missio magis ardua in Resina, ubi S. Alfonso transfertur exercitium meditationis: « A 16 gennaio 1728 s'è partita la missione per la terra di Resina, e sono andati i fratelli Aveta, Carafa, Figliola, Rosa, Lazzari, Carace, Palma 1<sup>o</sup>, De Blasio, Leva, Piro, Palumbo, Liguoro, Sacchi, Scondito. Per superiore Carafa, per la predica Aveta, per l'istruzione Rosa, per la meditazione Liguoro » (f. 46). Subduntur (24 februarii, 2 aprilis) missiones S. Ianuarii extra moenia et status S. Severini eiusque « casalium », in quibus tamen S. Alfonsi nomen desideratur.

D. - *Exsequiae*. - Pluries dicitur praesens S. Alfonsus in collectivis pompis funereis: f. 49. « Funerale de' Fratelli defunti..., li 2 dicembre 1727. Presente... Liguoro. Messa cantata a Caropreso, servita da Liguoro [diacono] e Ranucci.

f. 50. Funerale 14 gennaio 1728. Presente... Liguoro.

f. 52. Ufficio 11 aprile 1728. Presente... Liguoro.

f. 53. Ufficio del qm. Mgr. Muzio Gaeta: 14 aprile 1728. Lezioni del secondo notturno: 1<sup>a</sup> Liguoro. - Un altro ufficio (f. 54). Lezioni del secondo notturno. 1<sup>a</sup> Liguoro ».

ANNUS QUINTUS: 1728-1729. - S. Alfonsus in collegio Sinensium convictor atque ecclesiae fere curator.

Deflenda magnopere restat lacuna unius voluminis (an. 1728-1729) in serie *Giornalium* Congregationis: consequenter nullas super hoc academico cursu adnotationes in medium proferre valemus. Haec profecto lacuna, cuius vestigium contrectatur in aliorum voluminum dorso postmodum correcto, sat antiqua fuisse videtur nec repleri hodie potest cum notulis, quas ex eodem Archivo olim D. Salvator Tramontano decerpserat pro S. Alfonso canonizationis processu ac Causae Postulatori remisit (31): nullas pariter dignovit ac suas fecit coevus P. Tannoia. Quamobrem *Giornale* istud, si quod re vera pro hoc anno exstitit, illo aevo disparuisse opinamur.

Cursus tamen an. 1728-1729 induit in S. Alfonsi curriculo ecclesiastico speciale significationem ob plures causas, quarum prima attingit opus actionis catholico-socialis, dictum olim apud neapolitanos «cappelle serotine» (32): originis annum paulo incertum (1727-1729) in praesens negligimus atque pro nostri articuli scopo animadvertimus solummodo S. Alfonsum, ad eiusmodi

(31) AG XXV, II b. - Copia valde imperfecta atque inordinata. Alia similis copia, cum quibusdam additionibus, custoditur ibidem: XXVII, 1.

(32) De «cappellis serotinis», de quibusdam praesertim magis notis, editae sunt monographiae haud spernendae, quas citare possemus. Nostra autem opinione, nullus hucusque peregit in archivis indaginem exhaustivam, ut novas alfonsianas ab antiquis cappellis seu officialibus sodalitiis sine dubio discernat simulque proponat quid novi adiunxerit posterior reformatio cappellis praesistentibus. Hac via incedentes respuere nobis liceret, uti exaggerans, assertum coevi historici Iosephi Sparano: «Un altro lodevole istituto si deve all'odierno nostro arcivescovo [card. Sersale] e si è quello delle Cappelle la sera» (*Memorie Istoriche* II 365).

associationem operariam instituendam, usum fuisse adiutoribus ecclesiasticis, qui sive Patris Pavone sive Missionum Apostolicarum Sodalitio adhaerebant (33). Hanc etenim conclusionem suadet hodierna documentorum possessio, in posterum forsitan locupletanda et funditus rependenda.

Alia novitatis causa inest facto, quod intra hunc cursum, et quidem mense maio aut ineunte iunio (34) an. 1729, S. Alfonsus domicilium suum

(33) Scribit Pater Tannoia: « Convenivano ancora [ad cappellas serotinas] con esso [Alfonso] vari sacerdoti suoi amici e compagni, e tra questi il Porpora, il de Alteriis, Mazzini, Letizia, Capozzi, Pirelli, Fusco, Molitelli, Coppola, e tra gli altri D. Gennaro Fatigati » (*l. cit.* I, c. 13, p. 43-44). Profecto dolemus quod laudatus historiographus omiserit horum cooperantium nomen baptismi, quo deficiente redditur difficilior personarum identificatio earumque cum Missionibus Apostolicis aut cum Sodalitio Patris Pavone connexio. Enimvero ex praecitatis adhaerebant Sodalitio ignatiano Dominicus Letizia, Ioannes Mazzini, Bartholomaeus Capozzi: alique, etsi cum minore certitudine, v. gr. D. Luigi Lago, quem ipse Mazzini declarat S. Alfonso familiarem (AG XXV, II 35). Dominicus Letizia, opellae alfonsianae super S. Teresa maecenas seu benefactor, theologiae morali apud iesuitas an. 1707-1709 vacaverat atque a PP. carmelitanis capellania auctus fuerat (Arch. Curia. Processi di Ordinazone, n. 8929. - Arch. Stato. Monasteri Soppressi, v. 285, Platea di S. Teresa, f. 842). - Ianuarius Fatigati, casalis Afragolae, comes S. Alfonsi in ordinationibus generalibus mensis aprilis an. 1726, socius quoque eiusdem devenit in Sinensium Collegio. - Similiter S. Alfonsi comites in diversis ordinationibus comperimus Michaëlem, Ioannem et Palmerium de Alteriis, ortos ex casali « Paniscoculi » (hodie Villa Ricca). Missionibus Apostolicis adscriptus fuit Iosephus Maria Porpora, Michaëlis de Alteriis et S. Alfonsi amicus: is Iuranos (Ciorani) rescribebat S. Alfonso die 20 novembris an. 1739: « Il Signore non vuole che per adesso venghi a godere della vostra solitudine... D. Michele de Alteriis... si è consolato riserbandosi di venire assieme..., pregandovi a raccomandarci il suo fratello, che sta per passare all'eternità » (AG I D 36, 7): canonicus et curatus collegiatae S. Ioanni Maioris, praematura morte obiit Ios. Porpora († 1744) 41 annos natus ibique sepultus hodieque manet in sacello SS. Sacramenti. - Peculiari affinitate S. Alfonso haesit Ioannes B. Fusco, natus die 13 octobris an. 1712, capellania familiari donatus iam an. 1730 a D. Iosepho Cavalieri, S. Alfonsi avunculo, qui non modo illum nuncupat « nepotem », verum etiam Beneventum duxit, ut ille a card. Orsini (Benedicto XIII) sacramentum confirmationis susciperet: Missionibus Apostolicis similiter aggregatus Ioannes B. Fusco apicem tandem sacerdotii an. 1736 obtinuit. (Arch. Curia. Proc. di Ordinazone, n. 6121). Ad haec, inter Missionum Apostolicarum alumnos ordinandos recensentur an. 1732 Ioannes B. Coppola, clericus in minoribus, ann. 21, et Iosephus Coppola, tonsurandus, ann. 19: prior ad sacerdotium an. 1735 evectus est (Ibid., n. 7128), serius qua ecclesiae S. Mariae « de Vergini » parochus optimam cum S. Alfonso collaborationem in rebus moralibus atque apostolicis explicuit, donec an. 1763 creatus fuit episcopus Cassanensis. (Arch. Vaticano. Proc. Consist., an. 1763, v. 151, f. 124: Cassanen. Eccl<sup>a</sup>).

Ex supra dictis eruitur quod, stante elencho tannoiano collaborantium, eosdem pro cappellis serotinis deligebat S. Alfonsus etiam inter amicos ab Apostolicis Missionibus alienos: nisi urgere velis processum revisionis historicae in praesenti quaestione.

(34) Ven. P. Ianuarius Sarnelli, quo suadente S. Alfonsus S. Familiae domum incolere postulavit, in eamdem ingressus est die 4 iunii an. 1729 nondum tonsuratus (Arch. Curia. Proc. Ordinazioni, n. 6086, Doc. XV: autographum P. Matthaei Ripa) Domus benedicta erat die 16 aprilis « da Mgr. Mattia Ripa » ac postridie solemniter occupata (Arch. Vaticano, Riti, Processus, n. 3725: Ripa, f. 26). - Vix intelligi potest quod S. Alfonsus avito sedili Portae Novae semper adscriptus, ab eodem abesset die 3 maii eiusdem anni, quo « con solenne processione di tutto il clero secolare e regolare, portandosi ancora le statue di tutti i nostri Santi tutelari, fu portato il mentovato Sanguè [S. Ianuarii] al suddetto Sedile [Portae Novae] e collocato sull'altare al cospetto della Venerabile Testa, dopo pochi minuti Iddio si compiacque di farlo liquidare, con sommo giubileo di Sua Ecc<sup>a</sup> il Signor Vicerè [Harrach] e Sua Ecc<sup>a</sup> la Sig<sup>a</sup> Viceregina, ch'ivi s'erano portati in forma pubblica... In detto Sedile vi fu una numerosa musica di più migliori e scelti virtuosi, tra cui si segnalò Giuseppe Monedorisi, virtuoso attuale di Sua Maestà Cesarea, con una ben rara cantata di Domenico Sarro, che fu intesa con applauso e piacere di tutta l'udienza » (Arch. Vaticano, Napoli, v. 177, f. 355, Gazzetta, 3 maggio 1729).

ex domo paterna in collegium S. Familiae seu Sinensium transtulit. Hac porro mutatione, nedum minueret cum Missionibus Apostolicis cooperationem, eandem augere potuit quatenus ex nova sede maior libertas obvenerat illi, utpote simpliciter « convictori » intra collegium ideoque huius legibus parum obnoxio. Ad haec, quoniam in collegio sub ductu Fundatoris P. Matthaei Ripa, iam pridem in Sinis missionarii, instituebantur alumni natione sinenses (35), ex eorum societate et conversatione pristinum Missionum Apostolicarum spiritum de Propaganda Fide poterat S. Alfonsus in se ipse experiri atque aliis communicandum absorbere. Interim vero, quo urebatur apostolico igne, hunc in animarum beneficium promebat exterius intra parvam, sed pulchram ecclesiam collegio Sinensium adiacentem: adeo ut Em.mus card. Pignatelli in sua anni sequentis 1730 Relatione ad Sacram Concilii Congregationem rescripserit: « In qua [Collegii ecclesia] a sacerdotibus eiusdem collegii administrantur populo sacramenta, praedicatur verbum Dei aliaque exercitia christianae pietatis cum magno animarum lucro peragunt ». Iam vero, ex ipsius P. Matthaei Ripa *Memoriis* docemur dictum Fundatorem curam ecclesiae in S. Alfonsi manus detulisse (36). De aliis cohabitatoribus pergit Relatio: « In hoc Collegio convivunt nunc quinque sacerdotes, unus diaconus et unus clericus ac tres ministri inservientes, omnes itali; praeterea dicti quinque Sinenses, ex quibus quattuor adolescentes ordinati sunt... in minoribus, et alius tonsura... » (37).

ANNUS SEXTUS: 1729-1730. - *S. Alfonso concreditur extra urbem maxima missionis concio* seu quae dicitur « predica grande » (*Giornale o Manuale*, v. 40: luglio 1729-luglio 1730). Superiore, D. Pietro Marco Gittio. - Segretario, D. Nicola Borgia. - Prefetti della Morale, can° Jorio, D. Luigi d'Alessandro. - Portinari (praeter alios quattuor), D. Alfonso de Liguoro. - Acta secretarii minus exacta hoc cursu portenduntur.

A. - *Congressus hebdomadarii*. - Hoc cursu minutam paulisper dices in congressibus frequentiam S. Alfonsi, quem in urbe aut extra urbem sat probabiliter alia apostolica negotia implicatum retinebant. Hinc in praefato *Giornali* (f. 39-65) adstitisse scribitur hebdomadariis congressibus, diebus 11 iulii, 12 septembris, 3 et 10 octobris, 5 decembris an. 1729; 2 ianuarii, 13 et 15 februarii, 12 iunii, 3 et 17 iulii an. 1730. De ipso interdum

(35) Hos quinque alumnos Sinenses P. Matthaues Ripa secum ex Oriente reduxerat eosque Neapoli ab anno 1724-1725 huc illuc deposuerat diversis peregrinationibus, de quibus aliquando tractabimus si Domino placuerit.

(36) Scribit P. Matthaues Ripa: « Fidandomi io del suo buon zelo e talento a lui aveva commesso quasi tutto il peso di questa chiesa, in quello che spetta al predicare e confessare » (*Storia... del Collegio de' Cinesi* III, 8). Hanc *Historiam* recusam (*rimaneggiata*) in suo manuscripto fuisse censet Gerardus de Vincentiis: *Documenti... dell'attuale Real Istituto* I, Napoli 1904, p. XVIII.

(37) Arch. Vaticano. Concilio, Neapolitana, 1730. - Quattuor Sinenses, praeunte supplicatione Patris Ripa ad Benedictum XIII, secum portaverat collegii Fundator Beneventum, ubi mense maio an. 1729 ab ipso Pontifice in minoribus ordinati sunt. (Arch. Vaticano. Riti, l. cit.). Utrum S. Alfonsus, qua veneratione iam pollebat erga S. Pontificem et qua necessitudine stringebatur cum membris neapolitanis familiae Orsini, sese in Beneventum tunc contulerit, nondum comprobatum habuimus.

expressa fit mentio: « Oggi lunedì 12 settembre: Esercizij assegnati per oggi sino a 22. Soliloquij: Liguoro » (f. 47). Atvero, quoniam congressus diei 22 septembris omissus fuerat, subditur: « Oggi 3 ottobre. Liguoro ha fatto il Soliloquio che gli stava assegnato ». Demum, sub huius cursus finem, die nempe 3 iuli an. 1730, adstantibus cum S. Alfonso 50 Fratribus, Congregationis officia renovata sunt: « Sono stati eletti, per Superiore il Sig. D. Giulio Torno con 42 voti. - Per 1° Assistente, D. Filippo Aveta con 38 voti. - Per 2° Assistente, D. Tommaso Carace con 31 voti. [*Desiderantur plura folia ex codice perperam avulsa*].

B. - *Exercitia Spiritualia*. - A die 13 ad 20 octobris an. 1729 exercitia spiritualia gubernavit D. Franciscus de Rosa, novitiorum magister, dum lectio spiritualis D. Nicolao Borgia adsignatur, disciplinae vero alloquium diversis quotidie Fratribus (f. 90-94). S. Alfonsi praesentia semel tantummodo, die scilicet 14 octobris, indicatur. Fortasse illi postmodum placuit dispensatio, quam eo adstante largitus est superior die 5 decembris: « Lunedì 5 dicembre. Oggi il Superiore ha dispensato agli esercizij [*hebdomadarius*] per dar tempo ai Fratelli di andare a sentir gli esercizij a' Preti che si fanno nella Congregazione del Gesù Vecchio, detta del P. Pavone » (f. 50).

C. - *Missiones intra ac extra urbem*. - Missio generalis neapolitana a die 22 octobris ad diem 3 novembris an. 1729 evolvitur in S. Spiritus ecclesia (ff. 110-123). In processione inaugurali sabati 22 octobris incedunt 43 Fratres, quorum n. 6: « Liguoro ». Is exercitio matutino septem diebus interfuit; in vespertino autem ne semel quidem nomen suum connotatur. Methodus exercitii matutini quamdam variationem subiit, videlicet: a) « meditazione; b) predica; c) soliloquio ». Die porro 27 octobris haec matutina « predica » commissa fuit « Liguoro ». In exercitio demum vespertino concionem magnam suscepit Carace, instructionem vero Faenza.

In prima cursus parte, videlicet tempore autumnali an. 1729, missiones extra urbem praeclusae sunt a pestilentia quae regnum grassabatur. « Si nota, monet *Giornale* (f. 50 v.) die 5 decembris, che in quest'anno, essendovi state gravi malattie per la mutazione dell'aria, la quale in quest'anno è stata pericolosa sino a questi tempi, non si sono potuto fare molte missioni, le quali stavano appuntate per farsi prima delle feste di Natale, e si sono trasferite per dopo le feste ». Sequenti die 2 ianuarii an. 1730, praesente S. Alfonso, qui similiter die 5 decembris adfuerat, iterat secretarius (f. 51 v.): « 2 gennaio 1730. Oggi si è trattato in congregazione se convenga incominciare a far le missioni nella diocesi, e perché tuttavia si vede esservi pericolo per le infermità che corrono, si è deferita la risoluzione per oggi ad otto giorni ».

Responsum Consilii fuit affirmativum: idcirco, dum cives sese accingunt ad festa religiosa et profana ante Quadragesimam celebranda splendore inusitato (38), extra urbem profecti sunt zelantes atque sancte impatientes

(38) Apud coevas « Gazzetas » diffuse describuntur solemnia religiosa pro Quadragesima Horis apud PP. philippenses et iesuitas, necnon popularia oblectamenta per viam

operarii, digni vere hoc anno qui a secretario compensarentur longiore factorum narratione. Hanc fideliter transcribimus, sive propter S. Alfonsi in his missionibus interventum, sive potissimum quia inde eruimus evangelizantium methodum. Enarrat praefatus secretarius (f. 128): « Missione di Marano. Dopo essersi differite per lungo tempo le missioni di fuori per lo pericolo delle mutazioni che in quest'anno sono state finora pericolosissime, ed hanno finora cagionate gravi infermità, finalmente essendosi accomodati i tempi, si è risoluto far partire i Fratelli per la missione di Marano, per la quale a dì 14 gennaio, giorno di sabato, sono partiti Aveta superiore, Rosa, Carace, Jordano, Borgia, Arco, Palma 2°, Piro, Liguoro, Stasio, Rosso, Manso. Arrivati si sono fatte prima nell'istesso tempo due missioni: una nella chiesa dell'Annunciata, convivendo però tutti i Padri nella istessa casa. Sono stati assegnati nella chiesa dell'Annunciata: Aveta, Rosa, Jordano, Arco, Palma 2°, Manso. Si sono ivi fatti i seguenti esercizi: Predica grande, Rosa. Istruzione, la mattina Arco, e nel giorno di festa si è fatta la predica al tardi (*sic*). Per lo caso della Penitenziaria, Rosa. - Nella chiesa dello Spirito Santo sono stati assegnati: Carace, Borgia, Piro, Liguoro, Rosso ».

« Si sono fatti i seguenti esercizi: Predica grande, Carace; Istruzione la mattina, Piro; ed in giorno di festa si è fatta la predica al tardi. Per lo caso della Penitenziaria, Carace. Sono cominciate le dette missioni nell'istesso giorno di sabato in cui si è partito, e sono durate in dette chiese sino al sabato seguente. Non si è fatta in esse Benedizione, ma si è proseguita la missione nella parrocchia di S. Castrese (39), e perciò nella sera dell'istesso sabato si è passato all'altra casa vicina a detta chiesa. Per d<sup>a</sup> parrocchia si è fatta la predica grande dal P. Aveta, e l'istruzione la mattina dal P. Borgia. La mattina alla prima ora si è fatta la meditazione dal P. Liguoro, e poi circa le sedici ore si è fatta l'istruzione. Si è fatta la comunione delle zitelle secondo l'ultima conclusione (40), che non intervengano nella processione le zitelle grandi. Ha fatto il catechismo il P. Liguoro. Quattro giorni sono andati il P. Jordano col P. Arco a predicare a Quarto, e perché vi era dubbio dell'aria sono andati la mattina e se ne sono ritornati la sera. Si è uscito di notte facendo sentimenti. Per lo caso della S. Penitenziaria è

---

Toledo cum rhedis (*carro*) omni victualium ac piscium genere refertis (*Diario Ordinario, Chracas, 1730, n. 1937, p. 7; n. 1957, p. 8; n. 1961, p. 4-6*). Notum est S. Alfonsum hisce primis sui sacerdotii annis saepe concionasse inter Quadraginta Horarum solemniam.

(39) Oppidum, cui nomen Marano, duos abhinc annos invisimus eiusque praecipuam paroecialem ecclesiam S. Castrensis, olim B.M.V. in caelum Assumptae. Ex libris paroecialibus docemur D. Antonium Mojo munus parochi gessisse, quo tempore ad oppidum accessit praedicaturus S. Alfonsus, cui hodie in ecclesia parvum altare dicatum manet. Cum parochus D. Antonio Mojo, quattuor aut quinque sacerdotes interveniunt officii spiritualibus obeundis anno 1730. - Ad alias Merani ecclesias quod spectat, templum Spiritus Sancti an. 1730 simpliciter rectorale fuisse videtur, hodie vero paroeciale connotatur. - Ecclesia demum SS. Annuntiationis maximo honore tunc temporis colebatur, praesertim ob annexum Sodalitium A.G.P. [*Ave Gratia Plena*] seu « Congrega dell'Annunziata e di S. Giuseppe », cuius hodie vestigia perstant. - Cfr etiam D. MALLARDO, *S. Castrese Vescovo e Martire*, Napoli 1957, 71 ss.

(40) Absque dubio mentionem facit decreti seu conclusionis, quae recenter promulgata erat a Sodalitii rectoribus pro meliori sacrae caerimoniae successu.

stato destinato il P. Aveta. E' riuscita la missione fervorosissima, e l'ultima giornata benché si fossero fatte due prediche in due chiese, pure rimase molta gente da fuori: tanto fù il concorso. La predica grande si è cominciata dopo le ore 22. Si è fatta ogni giorno l'Esposizione del SS. Sacramento nelle due chiese piccole per il giorno dopo mangiare solamente, e nella parrocchia la mattina e dopo mangiare. Si è finita tutta la missione nella domenica 29 gennaio. Ne' quattro ultimi giorni furono mandati dal P. Superiore per ajuto il P. Leva e il P. Palumbo ».

Phalanx missionaria a proeliis noluit arceri: unde protinus collatis viribus in oppidum Casoria se transtulit, non sine chronistae gaudio, qui *Giornali* commisit et propositum et eventum: « Lunedì 30 gennaio 1730. Si è appuntata la missione di Casoria, che dovrà cominciare mercoledì 1° febbraio e sono stati designati: Aveta superiore, Carace, Carrafa (*sic*), Borgia, Rossi, Liguoro, Piro, Scondito, Leva, Cuomo, Sacchi, Palma 2° » (f. 53). « Missione di Casoria. A dì 1° febbraio 1730, ad ore 21, partirono per la missione di Casoria li nostri fratelli Aveta direttore, Carace, Carrafa, Borgia, Palma 2°, Piro, Leva, Sacchi, Liguoro, Rossi, Cuomo, Scondito. Il P. Carrafa è stato destinato per lo caso della S. Penitenziaria. Ha fatto la predica grande il P. Aveta, l'istruzione il P. Borgia. Nelli due primi giorni si è fatta la meditazione la mattina, e l'istruzione dopo mangiare: ma essendovi poi osservato che l'ora destinata all'istruzione non era a proposito e la gente non poteva intervenire si è lasciata la meditazione e si è fatta solamente l'istruzione la mattina. Nelli giorni di festa si sono mandati il P. Liguoro ed il P. Rossi la mattina a predicare nelle due chiese di S. Maria delle Grazie. La predica grande si è cominciata ad ore 22: si è fatta l'esposizione del SS. Sacramento, così la mattina come dopo mangiare. Si è uscito la sera cinque volte per li sentimenti: ogni volta con due Crocifissi. Si è fatta la processione di penitenza dalli nostri Padri, e poi dai Preti del casale. Si è finita la missione alli 12 di febbraio » (f. 129).

Post eiusdem anni festa paschalia triumphum nobilem egit S. Alfonsus ad urbis clivum, cui nomen Capodimonte. Ipsi quidem pro ardua missione creditum fuit munus concionatoris principalis seu dicendi maximam singulis diebus concionem (*predica grande*) cum implicito magnifico elogio, quippe qui ad specificum Congregationis fastigium ascendebat elapsis quatuor ab ordinatione sacerdotali annis et seniorum Fratrum cinctus corona (f. 123-129): « Missione di Capodimonte. Nel giorno di sabbato 22 aprile del corrente anno 1730 si è dato principio a la missione nella chiesa di Sant'Antonio di Capodimonte (41) circa le ore 21. I Padri assegnati per dimorare e pernottare in d<sup>a</sup> missione sono stati il P. Aveta direttore, P. Carace, P. Pastena, P. Blasio, P. Sacchi, P. Liguoro, P. Rosso: oltre alli quali il P. Sacchetti e il P. Jordano sono venuti ogni giorno ed hanno assistito dalla mattina sino alla sera, ed altri de' nostri Fratelli, cioè Tervigno, Borgia, Saliri, Arco hanno intervenuto più volte. La predica grande si è

(41) Apud solertem C. Celano, de vico Capodimonte tractantem, invenimus ecclesiam S. Antonii, olim abbatialem; ast de eiusdem identificatione cum hac, a S. Alfonso honorata, haeremus ancipites (*Delle Notizie di Napoli, Giornata VII.* ed. Napoli 1759, 89).

fatta dal P. Liguoro ed è cominciata così de' giorni di festa come di lavoro, e sempre con molto concorso. Il P. Carace ha fatto gli esercizi a' Preti dentro la sagrestia. L'istruzione l'ha fatto il P. Pastena la mattina ad ore quattordici. La meditazione si è fatto parimente la mattina ad ore undici ogni giorno dal P. Sacchi, e dal medesimo si è fatto anche la dottrina ad ore 20. Nel sabato 29 d° s'è fatta la comunione delle zitelle, ed ha fatto il catechismo il P. Sacchi. Due sere si è uscito dalla d<sup>a</sup> chiesa facendosi i sentimenti di notte, e tre altre sere si è uscito da altre chiese di quelle vicinanze da altri Fratelli non dimoranti nella d<sup>a</sup> chiesa della missione, e sono stati i Prefetti il P. Danzi ed il P. De Novellis ».

Absque interruptione initium sumpsit postrema huius cursus missio in monasterio SS. Annuntiationis (SS. *Annunziata*) (42): « Missione dentro il monistero della SS. Annunziata. Nel giorno di sabato 29 aprile del corrente anno 1730 si è dato principio alla nostra missione alle Monache del monistero della SS. Annunziata di questa città da' seguenti nostri Fratelli assegnati dal P. Superiore: P. Sacchetti direttore, P. Carace, P. De Simone, P. Rosa, P. Faenza, P. Albano, P. Salzano, P. Ajello, P. Aveta, P. Scondito, P. Palma, P. Celentano, P. Jorio, P. Jordano, P. Blasio, P. Liguoro, P. Leva, P. Stasio. Predica grande, Carace; istruzione, P. Rosa; meditazione, P. Faenza, e due volte si è supplito dal P. Liguoro. La dottrina cristiana, P. Benincasa. Si è fatta ogni mattina l'esposizione del SS. Sacramento. Nell'ultima giornata ch'è stata la domenica 7 maggio si è fatta anche dopo incominciare l'esposizione del SS. Sacramento e la processione delle Monache per lo monistero, e si è data la Benedizione. Il Superiore ha più volte assistito a detta missione » (f. 123 v.).

Post diuturnum missionum certamen S. Alfonsus elanguit fractus viribus: has ut reficeret, eodem mense maio petiit cum quibusdam amicis (43)

(42) Mirari quispiam posset quod in monasterio SS. Annuntiationis habita fuerit pro monialibus missio, quam hodie exercitia spiritualia diceremus. Attamen praemonere iuvat cum fere coaevo C. Celano: « Le famosissime Chiesa e Casa della Santissima Annunziata, nelle quali, più che in ogni altro luogo della città, spicca l'eccessiva pietà de' napoletani » (*Delle Notizie di Napoli, Giornata Terza*, ed. 1758, 282). Ad umbram namque SS. Annuntiationis florebat caritatis opera: nosocomium maximum, orphanotrophium cum « rota loculata » ad infantes « expositos » suscipendos, puellarum periclitantium ac feminarum poenitentium asylos aliaque id generis. Hinc vocabulum « monache » quod usurpat secretarius, induebat (ni fallimur) sensum euphemismi popularis, quo nuncupabantur puellae, etiam postquam adolebant et senescebant, dummodo remanerent intra septa monasterialia, ad quae per rotam « expositae » infantes accesserant aut per poenitentiam adultae confugerant. Casum huiusmodi notabiliorem invenimus in historia S. Alfonsi, cum ipse an. 1760 misit quosdam filios suos, qui Caietae (Gaeta) reformarent Regium puellarum Conservatorium, subiectum huic Domus SS. Annuntiationis urbis neapolitanae. Cfr. *Spic. Hist.* 8(1960) 131-137.

(43) Discors manet biographorum opinio super his sociis, quorum numerus effertur binarius apud Dilgskron (*Leben*, I 57: Mazzini et Mannarini), quinarius autem penes Patrem Tannoia (*l. cit.* 62: Jorio, Mazzini, Pansa, praeter duos ignotos). Non est hic ad nostram opinionem locus. Subdit Tannoia: « Mentre ivi (Amalfi) stavano complimentando Mons. Scorza, che n'era arcivescovo... ». Tanto biographo confisi non quoque erravimus (R. TELLERIA, *San Alfonso M<sup>a</sup> de Ligorio I*, Madrid 1950, 146). Rev. mus Petrus A. Scorza non nisi post festa paschalia an. 1731 translatus est ex sua Aprutina (*Teramo*) ecclesia ad Amalphitanam, in qua mense februario eiusdem anni pie obierat Rev. mus Michaël Bologna (Arch. Vaticano. Proc. Consist., an. 1731, v. 117: Amalphitana Eccl.). Super sacello seu aede S. Mariae « di Monte » documenta in alio articulo promemus.

littus amalphantanum: inde conscendit supra Salarum montuosa cacumina, ubi ad S. Mariae « di Monte » aedem, dum pastoribus praebet catecheticas instructiones, intra se ipse recogitavit de novo Instituto missionario condendo, cuius membra tum vita communi, tum evangelizandi methodo neapolitanum Sodalitium Missionum Apostolicarum superarent atque perficerent. Interea Neapoli, absente S. Alfonso, die 5 iunii eiusdem anni 1730 inter Sodalitii fratres exceptus fuit D. Ianuarius Sarnelli, amicus suus simulque in Sinensium domo convictor a die 4 iunii an. 1729. Notat secretarius: « Novizi ricevuti oggi [die 6 iunii] in piena congregazione con voti segreti nelle bussole...: D. Gennaro Sarnelli, clerico neapolitano in minoribus. Includo: due voti discrepanti » (f. 60 v.). - Novitii erant 17, quorum 14: Sarnelli.

D. - *Exsequiae*. - Hoc cursu S. Alfonsi nomen comparet semel, die nempe 29 novembris an. 1729, inter sodales funebri officio adstantes (f. 138).

ANNUS SEPTIMUS: 1730-1731. - *Pergit valida S. Alfonsi operositas*. (*Giornale o Manuale*, v. 41: luglio 1730-luglio 1731). - Superiore: D. Giulio Nicola Torni. - Prefetti della Morale: Galiri, Leva. - Portinari: Danzi, Liguoro. - Etiam hoc cursu Acta secretarii in multis deficiunt. Elenchus generalis (f. 2-5) memorat 113 Fratres, quorum n. 86: « Liguoro »; n. 112, D. Gennaro Sarnelli; n. 109, D. Giuseppe Sparano.

A. - *Congressus hebdomadarii*. - Fluente hoc cursu, post suam Scalensem rusticationem viribus refectus, S. Alfonsus ad alia apostolica moli-  
menta paulatim devertere visus est: exinde rariorem quam in cursu praecedenti diceret illius in congressibus participationem, nisi secretarii iniuriae velis tribuere magis adhuc parcam in Regesto sui nominis frequentiam. Etenim a mense iulio an. 1730 usque ad Natalitia festa nonnisi quinque S. Alfonsus conventibus ordinariis interfuisse scribitur; a mense autem ianuario an. 1731 usque ad mensem iulium comparet dumtaxat bis, nempe die 4 iunii ac die 9 iulii, quo adstantibus 64 sodalibus officiales maiores pro novo cursu confirmati sunt ac proinde iterum electus est superior D. Iulius Nic. Torni, qui sub finem an. 1730 creatus quoque erat canonicus Metropolitanae Ecclesiae (44). Quod vero S. Alfonsus opem suam haud omnino recusavit, testatur secretarius, v.gr.: « Oggi 2 ottobre 1730 [S. Alfonso praesente]. Esercizij assegnati per oggi ad otto ... Soliloquij: Liguoro (f. 27). - « 9 ottobre 1730... Hanno fatto gli esercizij assignati...: Liguoro, Piccirillo ».

(44) « Praesenti publico possessionis instrumento fidem facio quod an. 1730, die 28 decembris, ... me contuli ad Ven. Ecclesiam S. Restitutae intus Metropol. Eccl.am... ibique... Ill.mus et R.mus D. Iulius N. Torno... possessionem cepit... diaconalis praebendae... ductorum decem » (Arch. Curia. - Benefici. - Protocollo de' possessi de' Beneficij [1709-1731]. Sine fol.). - Paucis post mensibus D. Nicolaus Torni a card. Archiepiscopo Emmo Pignatelli auctus est novo tenui beneficio: « Franciscus... dilecto nobis in Christo Adm. R.do D. Iulio Nic. Torno... Cum parochialis ecclesia S. Petri ad Paternum... careat Protectore ac Administratore... Te... eligimus... ad beneplacitum nostrum. Ex nostro Archiepiscopo... die 17 maji 1731 » (Ibid., Regestum Paternalium [1724-1781] f. 37v).

B. - *Exercitia spiritualia*. - Hoc cursu exercitia spiritualia aliquantulum anteverterunt superiores a die 12 ad 19 mensis octobris, et quidem in « basilica » (ait *Giornale*) seu sacello S. Restitutae sub moderamine D. Iulii Nic. Torni, ultima die excepta quae a can° Gittio gubernata fuit. De more exercitium disciplinae singulis diebus meditationem complevit. S. Alfonsi praesentia quinque vesperis adnotatur, scilicet diebus 12, 13, 15, 16, 19 praefati mensis.

C. - *Missiones intra et extra urbem*. - Missio generalis neapolitanae civitatis sedem hoc anno 1730 habuit Spiritus Sancti templum, versus quod die 21 octobris peracta fuit sollemnis processio, adstantibus cum S. Alfonso 45 missionariis ac 11 novitiis. Actibus matutinis, utpote quod missio ad die 1 novembris protracta fuit, S. Alfonsus singulis diebus interfuisse adnotatur, exceptis diebus 22 et 23; quin etiam die 28 subditur (f. 94 v.): « Meditazione, Sacchi; soliloquij, Savastano; predica, Liguoro ». Actibus vero vespertinis semel dumtaxat S. Alfonsi praesentia signatur, nempe die 28 octobris: « Prediche per le strade: Liguoro, Del Giacomo, Stasio, Terigno » (ff. 90-102).

Habita quidem fuit hoc cursu academico et alia secunda missio in urbe neapolitana ineunte verno tempore an. 1731. Absque dubio haec populi intra ecclesiam metropolitanam convocatio missionalis ortum duxit ex subitanea animorum concitatione, quam die 23 martii ac diebus sequentibus in universo regno cievit terrae motus miserendus civitati Foggiae aliisque oppidis gravissime pernecens. De hac secunda missione nos erudit *Giornale* (ff. 107-117): « Missione generale nell'Arcivescovado ». Nullibi tamen cernitur praesentia S. Alfonsi, qui interea oras amalphanas et sat probabiliter rupes scalenses resalutasse praesumitur. Ad eum etenim, qui Amalphi lecto aeger occubuerat, litteras dedit Rev. mus Falcoia die 24 februarii, de recuperata valedudine hilares (45). Duobus post mensibus, die 18 aprilis S. Alfonsus iusta persolvit in exsequiis sodali D. Bernardino Leva (f. 143).

Alias extra urbem missiones praenuntiat *Giornale*: « 4 giugno 1731 [adstante S. Alfonso]. Si è appuntata la missione dell'Arenula per sabbato 9 giugno: P.e [Padre] 2° Assistente, Rosso, Liguoro, Caropresa, Ripa, Giordano, Borgia, Gaudio. Assignati: P.e 2° Assistente a' Preti, Rosso predica, Borgia istruzione, Gaudio dottrina » (f. 40).

Huc accedit in eodem *Giornali* (f. 41) nota quaedam adnexa, lectu difficilis: « 18 giugno [absente S. Alfonso]. S'è appuntata la missione per l'isola di Procida, e se ne faranno due per maggior comodo della gente. [Quae sequuntur videntur adiuncta post factam missionem]. Nella prima furono il sig. D. Francesco Sacchetti superiore, Faenza, Rossi, Piro, Borgia, Benincasa, Sacchi, Amore, Romano, Savastano, Buonacquisto, Liguoro, Stasio. In una: predica Faenza, l'istruzione Piro, meditazione Savastano. Nell'altra, predica Rossi, istruzione Amore, meditazione Buonacquisto. Per

(45) « Con mio notevole dispiacere ho sentito che s'era infermato in Amalfi, e sono stato in pensiero de venir a ritrovarla. Ora, grazie al Signore, sento che stia bene, e sommamente me ne rallegro, perché ridotto in stato di forze da poter tirar avanti il carro della gloria di Sua Divina Maestà » (*Analecta CSSR* 11[1932] 112).

intermezzo (?) il P. Superiore 1° Assistente, can° Cavalluccio, Piro, Cristiano: e per la predica grande alla missione il P.e 1° Assistente, istruzione Borgia, meditazione Sacchi, esercizi a' Preti Liguoro. E ritrovandosi in quest'Isola il clero in molta discordia col popolo, alla direzione del P. Superiore s'aggiustò d° clero con molta sodisfazione, tanto del popolo quanto del clero ».

Quae ultima verba in sensu obvio desumpta prae se ferrent missionem fuisse hoc anno peractam (46). Eiusdem autem dilationem in annum sequentem suadebunt documenta mox afferenda.

ANNUS OCTAVUS: 1731-1732. *Declaratur S. Alfonsus missionis Superior ac Poenitentiarius necnon exercitiorum annuorum pro clero Moderator.* (*Giornale o Manuale*, v. 42: luglio 1731-1732). Superiore: can° D. Giulio Nicola Torni; primo assistente, D. Filippo Aveta; secondo assistente, D. Tommaso Carace (f. 3-5). - Deputato per gli Esercizj al clero nel seguente anno 1732: Liguoro (f. 9 v.). Elenchus generalis comprehendit 122 sodales, quorum n. 88: Liguoro; n. 115: Sarnelli.

A. - *Congressus hebdomadarii* (f. 17-43). - Hoc pariter cursu, intra quem S. Alfonsus consilia de novo suo Instituto condendo maturabat, at praesertim quia in primo semestri an. 1732 acriter missionibus incubuit, magis discontinuo sese in congressibus hebdomadariis conspiciendum exhibuit, videlicet: pro anno 1731, diebus 30 iulii, 20 augusti, 8 octobris, 19 novembris; pro anno autem 1732, diebus 10 martii, 21 aprilis, 9 iunii. Abfuit igitur die 7 iulii an. 1732, quo officiales maiores scrutinio 73 sodalium delecti sunt: « L'elezione è sortita in persona dal Signor can° D. Giulio Nic. Torni, essendosi confermato e dispensato per essere il terzo anno del superiorato con sessanta voti. Il Padre primo assistente confermato e dispensato con settanta voti. Il Padre secondo assistente confermato e dispensato con settant'uno voti... » (f. 42).

B. - *Exercitia spiritalia*. - Moderatore can° D. Francisco Jorio exercitia annua clerus peregit in S. Restitutae basilica a die 18 ad 25 octobris, praesente S. Alfonso diebus 18, 20, 21, 23, D. Ianuario autem Sarnelli quinque diebus (ff. 45-51).

C. - *Missiones intra et extra urbem*. - Solemni processione, in qua S. Alfonso particeps 59 sodales aderant, intra ecclesiam Spiritus Sancti die 27 octobris an. 1731 missio inchoata fuit, quae ad diem 4 novembris duravit. Exercitio matutino singulis diebus interfuit S. Alfonsus, cui semel munus concionatoris fuit mandatum: « Questa mattina 3 novembre. Meditazione, Benincasa; colloquj, Ferrigno, Sparano, Ranucci 1°; predica, Li-

(46) Mense agosto huius anni 1731 comperimus Missionum Apostolicarum duces, nempe caconicos Gittio et Torni, ex delegatione Em.mi archiepiscopi subscribentes pactio-nem quamdam in seminario neapolitano cum D. Iosepho Scotto », « Vicario Curato perpetuo della Ven. Chiesa Abbadiale e Parochiale di S. Michele Arcangelo della terra di Procida » (Arch. di Stato. Protocolli Notarili, Not. Dominicus Scotti, phochydanus, an. 1733, f. 278). Copia instrumenti die 25 augusti an. 1731 subsignati.

guoro » (ff. 54, 70). In exercitio vespertino partem sumpsit diebus 30 octobris ac 1<sup>o</sup> novembris, additis hac ultima die allocutionibus per urbis vias: « Prediche di strada. Giovedì 1<sup>o</sup> novembre: Faenza, Blasio, Liguoro Rossi » (f. 54). Super universa missione, Cf. ff. 53-74.

Extra urbem hoc cursu S. Alfonsus equitavit in primo missionariorum agmine tanquam eorum exemplum ac ductor. Ne nostris laudibus res gestas praeiudicemus, sat erit acta Sodalitii transcribere: « Oggi lunedì 12 dicembre 1731. Il nostro P. Superiore ha proposto la missione alla diocesi di Nardò, e s'è concluso di sì. Li soggetti destinati per d<sup>a</sup> missione: P. Superiore il 2<sup>o</sup> Assistente [id es, Carace], Jordano, Piro, Liguoro, Stasio, Benincasa, can<sup>o</sup> Cuomo Manso » (f. 25 v.). Missio haec Neritonensis [Nardò], ad quam Sodales invitati erant valde probabiliter a consodali, loci Ordinario, Rvmo. Antonio Sanfelice (47), praexigebat iter longissimum, Fratribus insuetum, usque ad sic olim dictam « provincia di Otranto ». Hinc primam Consilii deliberationem alia subsequuta est: « Lunedì 26 novembre 1731. Doppo la congregazione il nostro P. Superiore ha fatto chiamare la consulta, e sono stati i PP. della d<sup>a</sup> consulta: il P. Superiore, Savastano, can<sup>o</sup> Gizzio, Venati, Lazzari, Carafe, can<sup>o</sup> Caruso, Aiello, Leone, Ferrigno, Perrella, Faenza, can<sup>o</sup> Poliaastro. Alli quali propose per il caso della Penitenziaria il Padre 2<sup>o</sup> Assistente; ed essendo andato la bussola attorno, tutti convennero per la missione di Nardò nella provincia di Lecce. Di poi ha proposto per Direttore in defetto del Padre 2<sup>o</sup> Assistente, Ligoro, e tutti i medesimi convennero. La missione partirà sabbato primò dicembre » (f. 26 v.).

Profecti sunt igitur missionarii (terrâ marive nescimus) versus sinum Tarantinum; mox Neritone [Nardò] adeo strenue sese pro Christo defatigarunt (48), ut sine mora ad oppositas Adriatici oras vocarentur, teste Sodalitatis secretario: « Lunedì 14 [ianuarii] del 1732. Doppo terminato l'esercizio della controversia...; il nostro P. Superiore ha ordinato la consulta...; ed ha proposto che dalla città di Polignano nella provincia di

(47) Rev. mus Antonius Sanfelice, nobis iam obvius (supra, nota 5), ab an. 1683 adscitus erat Sodalitio, in cuius officiali Regesto tunc occupabat tertium locum ob antiquitatem suae aggregationis. Ab an. 1707 gubernabat sedem Neritonensem, cuius urbi capiti adsignant testes sui processus episcopalis 9.000 incolas, seu « 600 fuochi, 9.000 anime » (Arch. Vaticano. Proc. Consist., an. 1707, v. 100, f. 307: Neriton, Eccl<sup>a</sup>). Tam Rev. Antonius quam eius frater minor Iosephus, item sacerdos, aliusque frater Ferdinandus intima necessitudine iungebantur cum S. Alfonsi consanguineis Cavalieri-Gittio (Arch. di Stato. Protocolli Notarili, Cirillo Antonio [Testamenti], 1698. - Ibid., Gregorio Servillo, an. 1723, f. 568, 570). Nihil inde mirum cur S. Alfonsus in suis scriptis hunc zelantem Praesulem memoraverit: *Riflessioni ai Vescovi*, IX [Napoli 1745] 96. - Item: *Istruzione e Pratica* I c. VII, punto IV, n. 63 [Napoli 1758] 233.

(48) Missionis Neritonensis factum quoddam memoravit S. Alfonsus post annos fere quadraginta, simul innuens se in hoc excursu apostolico alia quoque loca peragrasse: « Il P. Carace mandò me da Copertino a Nardò per confessare una religiosa, 24 miglia distante » (*Lett. di S.A.* II 107. Similiter in suo primo Codice seu *Libello Spirituali*: « Risoluti li dubbi di Nardò. 1. Ga(?). - 2. Copertino. - 3. S. Chiara ». (f. 56). In eodem *Libello* exstat quaedam circa missiones adnotatio, incerti quidem, sed intra huius temporis ambitum: « Circa le missioni mi ha detto che lo dichì, e generalmente e anche specialmente, nelle occasioni: Orsù io vengo; ma con indifferenza. Avuto poi il sì alla domanda, chiederne licenza al confessore, il quale darà licenza, eccetto che ne' tempi orridi » (f. 16).

Lecce aveva avuto istanza dal Vescovo e dal Barone di quel luogo voleva nostri missionarij che si fossero fermati in quella città, quando se ne ritornavano da Nardò i Padri. Il nostro P. Superiore disse nella sud<sup>a</sup> consulta che n'haveva concesso quattro, cioè per Direttore D. Alfonso Liguoro, D. Gennaro Piro, D. Francesco Benincasa, D. Francesco Manzo: ed havendo fatto andare la bussola attorno per il caso della Penitenziaria in persona del sud<sup>o</sup> Liguoro, fù bussolato nemine discrepante » (f. 28 v.).

In hoc igitur Polignanense certamen aggrediendum ac devincendum sese accinxit S. Alfonsus, apicem honoris missionarii adeptus, quippe cui supremas poenitentiarii ac Superioris partes demandabantur: potens fiducia testimonium et signum ab iis ignoratum, qui etiam nuperrime conscientiae penetralia in S. Alfonso illuminare tentarunt. Si enim Sodalitii ductores nullum alium ipso aptiorem delegerunt, qui de casibus magis arduis iuxta S. Poenitentiariae pagellam ferret iudicium, liquet profecto S. Alfonso eo tempore inter sodales emicuisse expeditâ conscientia atque non communi apud sacrum tribunal discernendi facultate. Quod si aliter visum fuerit legenti ipsius *Libellum Spiritualem*, huius verba recte interpretabitur ex hac reali atque obiectiva missionaria activitate necnon ex consideratione « noctis obscurae », quam ille hisce annis subibat et non semel ante Institutum conditum palam declaravit (49).

In Apuliae plagas ipse cum sociis profectus erat, quo tempore huius regionis incolae universi animum ac passus convertebant in urbem principem Foggia, apparitionibus B.M.V. « dei Sette Veli » adhuc permotam (49<sup>a</sup>). Placuit igitur S. Alfonso peregrinationem instituere ac coram prodigiosa Icone sese humiliter prosternere: eo tamen accedens, qua inter ecclesiasticos gaudebat fama propter avunculum suum Rev.mum Cavalieri ultimum dioecesis episcopum, nullatenus valuit recusare invitamentum illius successoris Rev.mi Ioann. P. Faccolli, qui ipsum adegit ut B.M.V. novendiale praedicaret, inconsulto suo neapolitani Sodalitii superiore (50). Huius in-

(49) *Lettere di S. ALFONSO* I 2-5, II.

(49<sup>a</sup>) Episcopus troianus, Foggiae Ordinarius, in suis Romam missis Relationibus plurima verba fecit de terrae motu ac de B.M.V. apparitionibus. Pauca transcribimus: « Terraemotus ferali die 20 martii 1731 emisso, vino compunctionis Deus abunde populos meos potans, plebem suam placuit visitare... Imago [B.M.V.] in quadam tabula cedrina depicta et septem obiecta velis Foggiae ab ipsius urbis incunabilis culta, die 23 martii 1731 post terraemotum, velis etiam cooperientibus, ipsa Imago velut a velorum caligine apparere visa est. Quo factum est, ut non solum civium, sed exterarum gentium concursus undique ad tanti prodigii venerationem sit excitatus... Clero populoque exposcentibus, ut dies 23 martii festum de praeepto indiceretur, id in excelsae apparitionis memoriam statuere non dubitavi » (*Arch. Vaticano*. Concilio, Relationes dioecesium, Troiana, 1733). Elapso sexennio, idem Rev.mus Faccolli declarat: « B.V. Dei Mater, quae in luctuosa calamitate, quasi Iridem pacis e fenestra ex replicatis velis picturam et Imaginem obtegentibus se videndum [sic] praebuit, pergit usque adhuc obstupescentibus omnibus faciem ostendere: hinc magnus exterorum concursus ad hanc civitatem, qui insueto ac repentino prodigio recedunt stupefacti » (*Ibid.* Relatio an. 1739). Quae prodigiorum continuatio magis credibilem reddit apparitionem, qua an. 1732 S. Alfonsus novendiales dies praedicans donatus fertur ac de qua nequimus in medium proferre testimonia, ne prolixiores efficiamur. - Cfr R. TELLERIA, *San Alfonso. M<sup>a</sup> de Liguori*, I, Madrid, 1950, 161 ss.

(50) [A. TANNOIA] *Della Vita del Ven. Servo di Dio Alfonso M<sup>a</sup> Liguori*, lib. I c. 16, Napoli 1798, 57-61. Huius capitis tannoiani errores chronologici confutantur a supra citatis documentis Missionum Apostolicarum.

consulti causa, dum in hebdomadario neapolitano congressu notitias missionis Polignanensis gaudenter sodales exceperunt, eosdem Superior commonuit — absente tamen S. Alfonso — ne absque licentia praehabita concionari auderent: Haud dissimile vetitum astringebat quoque sodales congregationis Patris Pavone (51): sed aegre intelligimus cur, si — ut communiter fit — S. Alfonso applicantur Superioris verba commonitoria, locus epikeiae non fuerit datus in ponderanda sua agendi ratione, quippe qui longissime a Neapoli laborabat et inopinam praedicandi invitationem exceperat. Utcumque res sit, ecce secretarii Relatio: «Lunedì 3 marzo 1732. Dopo essersi terminato l'esercizio del sermone fatto dal nostro fratello Signor can° Jorio « ad fratres », il nostro Superiore ha letto una lettera di ringraziamento di Monsignor di Polignano nella provincia di Lecce, ed il desiderio che haveva il Prelato di quel luogo di essere aggregato, ed havendolo proposto alla nostra Congregazione fù ammesso viva voce... Il nostro Superiore ha commesso al P. Carafa che ricordasse al nostro fratello D. Giovanni B<sup>a</sup> Petrone la frequenza della congregazione. Di più ha rinnovato l'ordine il medesimo Superiore che niuno Fratello predicasse più senza la sua espressa licenza » (f. 33). De receptione praefati Episcopi Polignanensis, Rev.mi Petri Antonii Pini, nos docet congregationis *Giornale* (c. 43, an. 1732-1733), in cuius prooemiali Regesto eximius Praesul accensetur inter sodales a die 3 matii an. 1733.

Hebdomada sequenti, id est, die 10 martii coram S. Alfonso et 40 sociis, post casum moralem a can° Jorio expositum ac post concionem ad populum a Scaia habitam, pergit secretarius: « Terminati gli esercizi della nostra Congregazione il nostro P. Superiore ha fatto un'ordine ai nostri Fratelli rinnovando che nessuno ardisca di predicare senza sua espressa licenza. Di più ha ordinato gli esercizi spirituali, così a' poveri come alle Monache dell'Ospizio delli SS. Pietro e Gennaro extra moenia: li soggetti destinati a tali esercizi ed a confessare i sopradetti sono: can° Rosa, Sarao, Faenza, Palma 1°, Danzi, Jordano, Liguoro, can° Romano, Piro, Ruggiero, Arco, Castrese, Pastena. L'esercizi per il medesimo: istruzione a' Poveri, Piro; predica, Sarao; esercizi alle monache, Palma 1° (52). Ha proposto [*Superior*] come ad istanza del Signor Duca di Termoli, governatore dell'Ospedale di S. Maria del Popolo all'Incurabili, si desiderano quattro nostri Fratelli per andare i suddetti con due ufficiali del sud° luogo elemosinando per la città per la fabrica di quel luogo. Di più il d° nostro Superiore ha nominato i suddetti quattro Fratelli, che haveva eletto per la d<sup>a</sup> elemosina, cioè Carprese, Sarao, Sarnelli, Romeo..., havendo ordinato che non salissero per le

(51) « Ogni Fratello in qualsivoglia occasione che dovrà predicare, così in Napoli come fuori, ne faccia intesi i nostri Superiori, essendo questo anche atto di santa obbedienza » (Arch. Miss. Apost. Pavone, Libro IV delle Consulte, f. 7v).

(52) « Hospitium DD. Petri et Ianuarii nomine sacrum », prout adhuc legitur in eiusdem frontispitio quo laudibus effertur prorex D. Petrus A. Raymundus Folch de Cardona, extra moenia Portae S. Ianuarii in via ad « Capodimonte » (*tondo di*) exstat iuxta celebres S. Ianuarii catacumbas. Hospitium quotannis fruebatur adiutorio spirituali Fratrum, ita ut novitiis praescriberetur assidue incumbere « missionibus civitatis sive exercitiis missionum navalium, sive eorum quae fieri solent in Hospitio SS. Petri et Ianuarii extra moenia » (p. 85).

case, ma che soltanto andassero per le piazze e che non cercassero limosine alle Dame che passano per le dette piazze in carrozza, e che le chiavi delle cassette che portano i detti ufficiali si conservassero da detti Fratelli » (f. 34).

Interea missio alia prospiciebatur post solemnitatem paschalem habenda in urbe Caiatii (*Caiazzo*), cuius Ordinarius Rev.mus Constantinus Vigilante, nondum compleverat primum episcopatus sui quinquennium (53). De hac missione adparanda refert congregationis secretarius die 24 martii, absente S. Alfonso: « 24 marzo 1732. Il nostro Superiore ha fatto chiamare la consulta... e doppo havere parlato delle cose concernenti alla missione di Caiazzo e Diogesi [*sic*] ha destinato i seguenti Fratelli per la sud<sup>a</sup>: Padre 1° Assistente [Aveta], Padre 2° Assistente [Carace], Caraffa, Pastena, Scondito, Liguoro, Arco, Piro, Benincasa, Palma 2°, Porzio, Buonacquisto, Guardia, Pertusio » (f. 35v). Feria secunda post dominicam « in albis » subiungit: « Il nostro Superiore ha ordinato la consulta per la missione di Caiazzo..., ed avendo fatto andare la bussola [*sic*] attorno per il caso della S. Penitenziaria in persona del Padre 1° Assistente, fu bussolato nemine discrepante. Havendosi da fare poi le divisioni nella soprad<sup>a</sup> missione, essendo andato la bussola attorno in persona del nostro Fratello D. Francesco Carafa fu ancora bussolato nemine discrepante. Di più essendosi anco bussolato per il d° caso di persona del Fratello D. Alfonso Liguoro è stato anco bussolato nemine discrepante. Li soggetti destinati sono: Padre 1° Assistente Direttore, ed in difetto Carafa; Arco, Amore (Economo), Piro, Franco, Liguoro, Benincasa, Porzio, Guarinelli, Guardia, Pertusio. La missione partirà sabbato 26 aprile » (f. 36v).

Agmen utique densum ac pugna, cui post aliquos dies additi sunt duo alii veterani milites Christi: « 12 maggio 1732. Sono partiti per la missione di Caiazzo li nostri Fratelli Carafa e Scondito questa mattina lunedì » (f. 38v). Nihil ergo mirum quod post exantlatos labores Rev.mus. Vigilante in sua Relatione diei 30 augusti eiusdem anni ad S. Congregationem de Concilio illos commemorarit: « Studui alios verbi Dei ministros advocare, ultra eos qui quadragesimali et Adventus tempore deputantur..., prout nuper a Congregatione Neapoli de Propaganda Fide nuncupata nonnulli sacri operarii, me rogante, missi fuere ad totam hanc dioecesim » (54).

(53) Rev.mus Constantinus Vigilante natus erat Solofrae atque an. 1727 dioecesi Caiacensi praepositus, postquam Neapoli in Nuntiatura et in Curia munus procuratoris fiscalis gesserat, necnon Visitoris Apostolici in civitatibus Ostuni et Policastri. (Arch. Vaticano, Proc. Consist., an. 1727, v. 113, f. 185-193; Caiacen. Eccl<sup>a</sup>). Cfr Ibid.: Lettere di particolari, v. 129, f. 399: epistola autographa ad card. Secret. Status Neapoli data, die 18 nov. an. 1724. - Item: Ibid., Napoli, v. 174, f. 188: gaudium Nuntii neapolitani die 5 sep. an. 1727 propter illius episcopalem praeconizationem. Amicitia Rev.mi Vigilante cum S. Alfonso inita missionis tempore ac deinceps per fundationem alfonsianam in Villa Liberi (1734) roborata, incrementum quoque ac signaculum habuit, postquam S. Alfonso ex fundatione Iuranensi consuluit in castello S. Georgii bono spirituali monialium ordinis carmelitani sub titulo S. Teresiae, in quarum beneficium ipsi ex Alma Urbe die 16 aprilis an. 1737 remissum fuit a D. Ferdinando Principali « il decreto confermativo di confessore... ad un altro triennio » (AG I D 36, 5). Inter sanctimoniales morabantur postmodum tres professae ex familia Episcopi Caiacensis ortae. (Arch. di Stato - Salerno. Protocolli Notarili, Domenico Napolitano, v. 5534 [Castel S. Giorgio], an. 1745 f. 80; an. 1746, f. 231; an. 1748, f. 67).

(54) Arch. Vaticano. Concilio, Relationes dioec., Caiacensis, an. 1732.

Fortasse quidam evangelizantium manipulus perstitit in dioecesi. Ex parte sua S. Alfonsus, hoc anno a quattuor Congregationis exsequiis absens (f. 130-132), Neapolim absque mora rediit, sibi acquisita in decursu missionis maxima benevolentia caiacensis Episcopi, cui fiduciarie detexit suas de novo Instituto missionario mentis ruminaciones. Has a die 29 maii ad diem 4, immo et 6 iunii (ut videtur) Neapoli cum Vincentio Mannarini, inter primos candidatos adscito, semel atque iterum refovit (55). Tum vero, sodalibus Missionum Apostolicarum se miscens, in insulam Prochydam (*Procida*) transfretavit ibique, praeter spiritualia exercitia clero insulari data, alias promovit christianae devotionis manifestationes, ac prae primis « congregationem secretam » B.V.M. perdolentis, quam die dominica infra octavam Corporis Christi (ergo die 15 mensis iunii) suscitavit et coadunavit in edita paroeciali ecclesia, olim abbatiali, S. Michaëlis Archangeli (56): quos inter labores retransmeare coactus fuit Neapolim, ubi die 19 eiusdem mensis coram archiepiscopali Curia testem egit in beneficium fratris sui D. Herculis, primas haud nimis felices nuptias inituri die 22 cum sibi propinqua D. Rachele de Liguoro in ecclesia S. Mariae « della Misericordia alle Vergini » (57).

(55) Cfr Epistolam D. Vincentii Mannarini ad canonicum Scalensem D. Petrum Romano, necnon aliam Rev.mi Falcoiae ad citatum D. Vincentium Mannarini (*Analecta CSSR* 5[1926] 110-113).

(56) In Relatione, quam plures abhinc annos transcripsimus ex copia coeva Regesto Curiae neapolitanae anno 1742 inserta, animadvertitur quaedam discrepantia quoad missionis prochydanae annum. Primo enim asserit: « Fondatione o sia Riforma di vita di chi vuole attendere all'ufficio di Secretista. Ebbe questa origine dalli R.di Padri della missione di Propaganda l'anno 1731, che portatosi [*sic*] in Procida... a dar l'Esercizij di missione a detta terra essendone superiore l'Illustrissimo Sig. can° D. Giulio Torni, il quale un giorno di domenica mandò alla Cong.ne de' Turchini il Padre D. Alfonso Livuoro [*sic*] a far un'esortazione a quelli Fratelli... ». Sed in alio Relationis loco: « Breve Notizia delle cose appartenenti alla Congregazione secreta. I. Trae questa sua origine dalli RR. Padri delle Missioni di Propaganda l'anno 1732, in cui portaronsi in Procida... a dar gli Esercizij di missione, essendone superiore l'Illustrissimo Sig. can° D. Giulio Torni, il quale nel giorno della domenica infra octava Corporis Christi mandò alla Cong.ne de' Laici Torchini il P.D. Alfonso Livuori a far un'esortazione a quelli fratelli... » (Arch. d. Curia. Sacra Visita, Spinelli, II, 396-418). Haec igitur secunda narratio magis accurata videtur. Praeterea in annum 1732 inclinarent animos: a) Exemplar Regularum quod, post alios indagatores, Prochydae revidimus a Cappellano Maiore an. 1758 adprobatum et subscriptione autographa regis Caroli Borbonici (30 aprilis an. 1758) necnon regis Ferdinandi (31 maii 1769) munitum. - b) Aliud Regularum exemplar, quod nuper in Archivo Status neapolitano ditavit catalogum Congregationum: « Regole, ovvero Costituzioni d'una minima Congregazione Cong.ne Segreta de' divoti Fratelli, eretta sotto il titolo della SS.ma Vergine M<sup>a</sup> Immacolata nella chiesa parr.le di S. Michele Arcangelo di Procida, Anno 1732 » (Arch. di Stato. Statuti delle Congregazioni, fasc. 112. 9). Regulam subscribunt 17 sodales. Ad calcem ultimi folii adest approbatio Rev.mi Nicolai de Rosa, Cappellani Maioris et Episcopi Puteolani, data die 12 aprilis an. 1758. - c) Demum ulterior S. Alfonsi cum prochydanis amicitia confirmatur ex epistola ad ipsum data a Rev.mo Falcoia die 24 ianuarii an. 1734: « Raccomandi al Signore ed alla sua Santissima Madre l'Isola di Procida per tutto il mese, ch'ivi farebbe per onore di Mamma » (*Analecta CSSR* 11[1932] 243).

(57) Arch. Curia. Matrimoni, 1732: Matrimonium inter D. Herculem de Liguoro et D. Rachelem de Liguoro: « Die 19 iunii 1732. Neapoli in Curia Arch.li R.D. Alphonsus de Liguoro, patritius..., aetatis 36 ann. - Richiesto da D. Ercole de Liguoro sono venuto per deporre sopra il suo stato libero ». - Capitula matrimonialia signata fuerant die 15 iunii in palatio D. Dominici de Liguoro, patrum D. Rachelis. Ab actu signaturae et valde probabiliter, a nuptiarum solemnibus abfuit D. Iosephus de Liguoro: qui, ad mare cum sua triremi exire coactus, delegit procuratorem D. Hyacinthum del Balzo, suum cognatum. Cuncta instrumenta notarialia, Deo volente, edemus.

ANNUS NONUS: 1732-1733. S. Alfonsus ex urbe discedit suum Institutum Scalae moliturus atque in urbem revertitur exercitia spiritualia clero praedicaturus. (*Giornale o Manuale*, v. 43: luglio 1732-luglio 1733). « Superiori confirmati in quest'anno 1732 [a mense iulio]. Superiore, can° D. Giulio Nic. Torni; Padre 1° Assistente, D. Filippo Aveta; Padre 2° Assistente, D. Tommaso Carace ». - Elenchus Fratrum signat 132 membra, quorum n. 87: « Liguoro ».

A. - *Congressus hebdomadarii*. - Intra hunc cursum S. Alfonsus, ad bivium vocationis suae perveniens, ultra progressus est atque fundamenta iecit novae suae Congregationis missionariae. Atvero quoniam hunc in finem non nisi die 2 vel 3 novembris an. 1732 urbi neapolitanae valedixit ut Scalam supra littus amalphitanum peteret, eo ipso mensibus praecedentibus illius praesentia connotatur diebus 28 iulii, 11 et 18 augusti, 1 ac 15 septembris necnon die 6 octobris (f. 14v-18): quin etiam, pluries intra mensem octobrem, uti sine mora indicamus. His adde quod, contradictionibus minime obstantibus mox exponendis, interfuit quoque an. 1733 sessionibus vixdum Neapolim ad tempus rediit, hac dierum summa: 13 et 20 aprilis ac 4 maii (f. 34v-36v).

Propter secretarii incuriam, ni fallimur, omissum fuit diebus 3 vel 6 iulii an. 1733 recensere novos officiales maiores pro cursu academico 1733-1734, quos tamen dignoscimus ex sequenti *Giornali*, videlicet: Superiore, D. Francesco Carafa; 1° Assistente, D. Francesco Jorio; 2° Assistente, D. Michele di Palma.

B. - *Exercitia Spiritualia*. - Uti supra (p. 432) innuimus, a Sodalitii rectoribus delectus erat S. Alfonsus, qui exercitia spiritualia consodalibus traderet mense octobri an. 1732. Noluit porro huic muneri se ipse substrahere intuitu imminentis suae versus Scalam profectionis, etiamsi probe sciret talem discessum animos quorundam audientium a concionatore abalienasse. Haec etenim abalienatio ab historicis passim effertur: nihilosecius ex *Giornali* officiali (f. 19-23) factum indubium comprobatur, scilicet: maiore quam annis superioribus numero audientes ad exercitia convolasse, qualiscumque sit huius eventus ratio. Prima namque die, 16 octobris, intererant 55 Fratres, 5 novitii et 14 alumni: alumni isti seu ordinandi, qui sub congregationis moderamine studiis vacabant, non nisi hoc anno exercitiis participasse docemur. Particeps quoque exhibetur Rev.mus D. Philippus Tipaldi, Episcopus Arianensis (Ariano), cuius assidua praesentia singulis diebus-uno excepto adnotatur. Quin etiam: Em.mus ipse card. archiepiscopus Franciscus Pignatelli, iam senior, qui ab anno saltem 1724 nunquam his publicis exercitiis interfuerat (57<sup>a</sup>) iisdem hoc anno praeesse voluit, diebus nempe 18, 22 et

(57<sup>a</sup>) Nuperrime reperta fuit quaedam Rev.mi Arch.pi participatio exercitiis spiritualibus an. 1727: «Nella basilica di S. Restituta cominciano [die 16 octobris] gli annuali esercizi spirituali al clero secolare. Interviene l'Arcivescovo». (*I Diari dei ceremonieri della cattedrale di Napoli XVI*, f. 136, excerpta a Franco STRAZULLO, in *Asprenas* 7[1960] 211). - Hunc vero archiepiscopi interventum aut praetermisit secretarius Missionum Apostolicarum aut in legendo ipsius *Giornali* minime connotavimus. Rev.mus Tipaldi, exercitorum particeps, fuit spatio 27 annorum filius spiritualis Ven. Antonii Torres, Pii Operarii, in cuius processu informativo egit testem conspicuum (Arch. Vat. Riti, vol. 1900; f. 352 ss.).

23, in consessum fratrum adductus non modo ut ex audiendis verbis spiritualiter proficeret, sed etiam ut concionatorem honoraret eumque palam in novo suo Instituto moliendo sustineret. Ceterum sodalium adstantium summa, praeter novitios et alumnos, ad 50 quotidie accessit, duobus diebus exceptis quibus 35 et 38 fratres tantum coadunati sunt. Dolendum sane est, quod secretarius omiserit materias singulas, quas S. Alfonsus in octo meditationes successivas distribuerit: meditationibus praemissa fuit lectio spiritualis in communi, necnon adnexa disciplina publica diebus quibus abfuit Rev. mus archiepiscopus.

C. - *Missiones in urbe*. - Statim post spiritualia exercitia coepta est missio generalis in ecclesia Spiritus Sancti a die 25 eiusdem mensis octobris usque ad diem 3 novembris, et quidem cum participatione 66 Fratrum in solemni processione inaugurali, quorum num 51: Liguoro (ff. 50-58). Nec solum huic processioni, verum etiam aliis actibus matutinis interfuit S. Alfonsus, immo et cooperationem activam praebuit. Sic v. gr. (f. 53 v.): « 29 ottobre, mattina: predica Liguoro ». « 30 ottobre, sera: predica per le strade, Liguoro, Buonacquisto, Romeo, Apa ». Denique die 2 novembris inter adstantes exercitio matutino accensetur Liguoro, deest autem die sequenti, missionis quidem ultima.

Iure inde conicere licet S. Alfonsum non nisi die 2 vel 3 novembris iter versus Scalam suscepisse, ubi post triduum eucharisticum prodigiis egregium, signavit ille di 9 novembris initium Congregationis SS.mi Salvatoris. Tres quattuorve solummodo hebdomadas Scalae tunc moratus est, quandoquidem, facta initio decembris iurata sua declaratione de apparitionibus in sacro ostensorio observatis (58) rediit Neapolim interventurus missioni SS.mae Annuntiationis, de qua non semel loquitur *Giornale*: « Congregazione tenuta nella cappella dentro il seminario per causa della lesione fatta nella nostra Congregazione. Oggi giovedì 4 dicembre 1732 per appuntare la missione che deve cominciare sabato 6 dicembre nella chiesa della SS. Annunziata per causa del flagello del terremoto accaduto sabato 29 del caduto novembre di questo corrente anno » (f. 28). Decursu autem missionis interfuisse connotat S. Alfonsum exercitio matutino diebus 9, 10, 11 et 12 decembris, quin etiam et praedicasse die 11: « Questa mattina 11 dicembre: Predica Liguoro » (f. 64-67).

D. - *Super S. Alfonsi exclusionem a Missionibus Apostolicis corollarium* (*Giornale seu Manuale*, vol. 43, an. 1732-1733). Compertum est iis, qui S. Alfonsi biographias perlegerunt, quantam ipse oppositionem consodalium superare debuerit, cum in animum se induxit suscitandi novam Congregationem missionariam. Abs re tamen esset singula impraesentiarum facta iterum enarrare: unde pro nostro scopo meminisse sat erit adiuncta necessaria ad textum secretarii rectius intelligendum. Praemonemus quod in tali animorum dissidio, sicuti in aliis plurimis historiae contentionibus, interiace-

(58) Cfr *Spic. Hist.* 1(1953) 67 ss. - Allegantur ibidem documenta super terrae motu, super apparitionibus in S. Hostia necnon super Processu, in quo S. Alfonsus declaravit, primus inter missionarios testes.

bant fucatae rationes aegre hodie nobis prehendibiles. Enimvero domicilii translatio, qualem S. Alfonsus peregerat a Sinensium Collegio ad domunculam Scalensem, nihil per se officiebat priori suae affiliationi inter fratres missionum Apostolicarum; utpote quod alii quoque sodales extra urbem degentes iuribus Associationis fruebantur. Fortasse huc accedebat zelotypia quaedam inter sodalitia aut inter personas iisdem praepositas (59). At praesertim, si coaevo Tannoiae fidem adstruimus, mentes adversariorum caligabant nebulae subtiles cupiditatis, quamvis sub praetextu iuridico dissimulatae (60).

Missionibus namque Apostolicis titulo foundationis hereditariae obvenerant tres cappellaniae, ex quarum annuis redditibus totidem sodales nutriebantur missionibus gratuitis addicti. Tempore opportuno documentis ineditis illustrabimus cappellaniam, quam D. Fridericus Cavalieri, S. Alfonsi avus maternus, per canonicum D. Petrum M. Gittio huic Sodalitio mandavit. Interea S. Alfonso, quatenus inter missionarios praestantissimo, adjudicata erat cappellania sat pinguis fundata versus an. 1675 a familia Della Marra (60<sup>a</sup>). Huic ergo cappellaniae inhiantes nonnulli consodales, ordiri tentarunt S. Alfonsi exclusionem a Sodalitio ac proinde beneficii aut quasi beneficii, quo fruebatur, cessationem.

Quibus praemissis, facilius deprehenditur textus secretarii in *Giornali* (f. 32 v.) expressus: « Fratelli intervenuti agl' esercizi della nostra congregazione, oggi 23 febbraio 1733. Sermone ad Fratres, can° Jorio ». Aderant huic primae congressus parti 48 sodales, cum superiore can° Torni et cum duobus assistentibus. In secunda autem sessionis parte, praesentibus 23 dumtaxat Fratribus, peracta fuit Refirmitio seu « Riferma », de qua initio huius articuli (p. 401), videlicet generale sodalium scrutinium quod bis in anno ac praesertim post primam dominicam quadragesimae et prima feria secunda mensis augusti regulariter fiebat, convocatis in unum — cum officialibus maioribus — 24 circiter Fratribus. Nullus itaque pro S. Alfonso diiudicando specialis conventus coactus fuit, sed tantummodo praecepto regulae obtemperarunt, quandoquidem die 23 februarii recurrebat feria secunda post primam quadragesimae dominicam. Pergit porro secretarius: « Quest'oggi si è fatto la Riferma de' nostri Fratelli. Per la consulta della d<sup>a</sup> Riferma: P. Superiore, Padre 1° Assistente, Faenza, can° Jorio, Palma 1°, Carafa, Scondito, Figliola, can° Vanalesti, can° Rosa, Costa, Lazzari, Jordano, Del Gia-

(59) Die 28 aprilis ad S. Alfonsum rescribebat Rev.mus Falcoia: « Io non sò intendere come tengono premura della nostra obediencia [*moderatores Missionum Apostolicarum*]: quando essi an tolto di pianta tanti e tanti soggetti dall'obbedienza della Congregazione di S. Giorgio [*sub ductu Piorum Operariorum*]: e tuttavia vanno carpandone de' migliori » (*Analecta CSSR* 12[1933] 162). - Ad intentiones can. D. Iulii Torni alludit non semel idem Rev.mus Praesul: « La cosa stà che vorrebbe star inteso di tutto e che si dipendesse da lui » (*Ibid.* 11[1932] 163).

(60) Tannoia tribuit Em.mo Pignatelli haec verba: « Non contenti di averlo denigrato nella riputazione, li vogliono togliere anche il pane » (*Della Vita...*, lib. II c. 3, Napoli 1798, 87).

(60<sup>a</sup>) Arch. Miss. Apost. Platea delle Rendite fino al 1732, f. 257-264: « Errico Spinola e D. Alfonso della Marra, cessionario di D. Francesco Gio. Vincenzo della Marra ». Fit historia capellaniae ac litium quibus fundatio subiacti.

como, Venati, Simone, Aiello 1°, Salzano 1°, Pastena, can° Cavallucci, Cristiano, Ruggiero, De Novellis. Il nostro P. Superiore ha ordinato la bussola per nostro Fratello D. Alfonso Liguoro: così se si doveva escludere dalla nostra Congregazione come se si doveva toglierli la cappellania per essere passato... » [sic] (f. 32v).

Punctis ergo suspensivis temperavit secretarius suffragiorum vocem, quae insonuisse ac imperasse describitur S. Alfonso contraria, inaniter adversariis contradicente superiore can° D. Iulio N. Torni. Praesumpti vero rei partes tuendas suscepit denique Em.mus card. Pignatelli, qui vigore muneris sui cassas declaravit suffragantium, si quae fuerunt, conclusiones. Respuere hinc iuvat Patris Tannoiae suspicionem, qua insimulavit can. Petrum Marcum Gittio, S. Alfonsi fere avunculum, tanquam acriorem novelli Fundatoris criminatorem (61). Prorsus aliter se gessit senior canonicus, palam testante secretario: « Can° Gizzio: scusato » (f. 32v). Suam igitur in congressu praesentiam ille effugit, quin de absentia rationes adferret, ne excusatione quidem infirmitatis allata, sicuti hanc praetulerunt can. Borgia aliique sodales.

Utcumque tandem vota suffragatores tulerint, extra controversiam versantur haec corollaria: a) Nullo nigro lapillo nomen S. Alfonsi inustum in *Giornali* comperitur; b) Post festum Paschatis (die 5 aprilis) eiusdem anni, S. Alfonsus ex oppido Scalensi per Castrum Maris descendit versus Neapolim colloquuturus cum Em.mo card. Pignatelli ac gratias acturus canonico Torni (62); c) Dum Neapoli commoratur, suam inter sodales priscam sedem occupavit diebus 13 et 20 aprilis necnon die 4 mensis maii; d) Cappellaniae fructibus uti perrexit saltem per decennium, iuxta Archivi adnotationem mox citandam.

#### IV

### ULTERIORES S. ALFONSI CONTACTUS CUM MISSIONIBUS APOSTOLICIS ANTE ET POST SUAM DIGNITATEM EPISCOPALEM (1732-1762; 1762-1787)

Quamvis post suum a Neapoli discessum S. Alfonsus se praecipue devovit Congregationi SS.mi Salvatoris seu SS. Redemptoris struendae ac diffundendae, nullo pacto disruptit legamina amicalia atque spiritualia cum vetere Sodalitio: eo vel magis, quod illius nomen ac prioritatis numerum in Fratrum albo semper retinuit secretarius, prout annuatim comprobare licet

(61) [TANNOIA], *l. cit.*: « Senza forse dovette essere il canonico Gizzio che tanto sentivale male per Alfonso, maggiormente perché suo allievo e parente » (p. 88). Ipsemet biographus subdit textum epistolae D. Iulii Torni ad S. Alfonsum: « Fu da tutti unitamente stabilito che V.S. Ill.ma fosse cassato dalla Congregazione e che la Cappellania si provedesse in persona di un altro Fratello ».

(62) Ab eo quaerebat die 12 aprilis Rev.mus Falcoia: « Desidero sapere l'accoglienza v'avrà fatta Sua Eminenza e l'oracoli suoi sopra le correnti materie: e bramerei saper ancora i punti, che l'avrete toccati » (*Analecchia CSSR* 11[1932] 166). Paulo ante super can° Gittio idem ad eundem rescripserat: « Dice d'aver fatto molto per voi: se li mostri gratitudine » (p. 163).

in singulis *Giornalis* voluminibus. Ex parte sua honori sibi duxit S. Alfonsus manum deinceps sodalibus porrigere ut, etiam sibi non parcens, amicitiam pristinam renovaret eamque in animarum beneficium verteret. Huius collaborationis signa potissima ex Regesto officiali colligimus, additis interdum quibusdam observationibus ad magis perspicuam Actorum intelligentiam.

I. - *Primum a separatione decennium* (1732-1742). - Hoc decennio S. Alfonsus operam navavit ineundis ac firmandis successivis Instituti sui foundationibus: Villa Liberi in dioecesi Caiacensi (1734), Iuranis in Salernitana (1736), Nuceriae Paganorum in Nucarina (1742): quibus nullatenus praepeditus fuit quominus, nacta opportunitate, votis priorum sodalium morem gereret. En occasionum summa:

a) *Giornale*, v. 44 (luglio 1733-luglio 1734). Superato primo cum sodalibus dissidio post card. Pignatelli supra memoratam notificationem, S. Alfonsus eo libentius denuo comparuit inter Fratres, quod iisdem a mense iulio an. 1733 praerat amicus suus D. Franciscus Caraffa (62<sup>a</sup>). Idcirco mense ianuario an. 1734, datis cum Ven. Ian. Sarnelli exercitiis missionalibus ad populum Iuranensem (63), profectus est Neapolim atque die 25 ianuario conventui hebdomadario interfuit: « Hoggi 25 gennaro 1734... Presenti... [adstantes 39, quorum num. 34]: Liguoro ».

Defuncto autem die 5 decembris eiusdem anni 1734 card. Franciscus Pignatelli atque in sedem Neritonensem (Nardò) electus primis anni 1736 mensibus D. Franciscus Caraffa (64) revixit cum aestivis illius anni ardoribus sopita controversia de cappellania Marra a S. Alfonso ministrata. Ad ipsum proinde rescripsit die 16 augusti an. 1736 Congregationis secretarius D. Michaël Menga:

« Sig.r mio e P[adro]ne Oss[ervantissi]mo.

Essendosi nella riferma fatta nella nostra Congreg.ne dell'Apostoliche Missioni discorso della Cappellania della Congreg.ne che da V.S. si possiede, il nostro P. Superiore mi hà ordinato di scrivere à V.S. ciò che nella Consulta si è concluso, cioè, che quantunque la Congreg.ne facci tutta la stima della persona di V.S., nondimeno perché d<sup>a</sup> Cappellania si deve tenere da uno de' Fratelli che servono la Congreg.ne

(62<sup>a</sup>) Huius amicitiae gratia voluit S. Alfonsus novo Superiori suam ostendere laetitiam, quam similiter Rev.mus Falcoia probavit die 24 eiusdem mensis: « Il mantenere una rimot'alleganza con la Congregazione non lo stimo improprio. Onde lo scrivere al nuovo Superiore con rallegrarsi e col pregarlo vogli guardar di buon occhio e proteggere questo nuovo Istituto » (*Analecta CSSR* 11[1932] 234).

(63) Haec exercitia sive missionem Alfonsus ipse commemorat in primo suo de Instituti missionibus autographo: « Anno 1734. Si fecero gli esercizi a Ciorani » (AG-SAM III, f. 157). Ad eandem alludit die 11 decembris an. 1735 D. Andreas Sarnelli, foundationis Iuranensis inspirator et benefactor: « Quel Dio che ha promesso pagarci ancor un bicchiere d'acqua dato per amor suo voglia pagar la sua carità e similmente li tutto ciò che fa, ha fatto e farà per Ciorani e questi paesi » (Ibid. I D 36, 6). Ex urbe neapolitana litteras die 22 ianuarii an. 1734 dederat S. Alfonsus monialibus conservatorii Pocarensis (*Pocara*) in valle Tramonti, quibus reformandis anno praecedenti insudaverat: « Fra giorni parto da Napoli per una nuova fondazione a Caiazzo » (*KUNZ, Chronica* II f. 229).

(64) Arch. Vat. Proc. Consist., an. 1736, v. 122, f. 283: Eccl<sup>a</sup> Neriton. (Nardò).

nelle Sante Missioni, che da essa Congreg.ne si fanno, perciò è necessario, che V.S. ancora s'impieghi à servire la Congreg.ne coll'intervenire in dette Missioni, quando voglia ritenere la Cappellania: onde dovrà V.S. avvisare se si contenta da oggi avanti d'intervenire nelle missioni, che si faranno dalla nostra Congreg.ne, quando però glie ne sarà dato l'avviso: e contentandosi di far così potrà ritenere la Cappellania; ma quando non si contenti di farlo, bisogni che V.S. si compiacca di rinunciarla, accioche la Cong.ne possa con darla a qualche altro fratello provvedere al bisogno, che hà di soggetti nelle Sante Missioni. Attendo per tanto questa risposta da V.S. per parteciparla al nostro P. Superiore e L.B. divotamente le mani

Di V.S.

Napoli 16 agosto 1736.

Con questa occasione li do notizia come è passato all'altra vita il nostro F. llo Sig. D. Tommaso Faenza.

Devitiss.mo et oblig.mo servidore  
D. Michele Menga segretario (65).

Aedificatorem domus Iuranensis agebat illis mensibus aestivis S. Alfonso, cuius responsum affirmativum praesumimus, tum quia cappellanium gerere perrexit, tum etiam ob subsequentem in missionibus cooperationem, prouti secretario erat in votis. Mensibus namque vernis sequentis an. 1737 testatur *Giornale* (v. 46, f. 40): « 13 maggio 1737. Quest'oggi s'è appuntata la S. Missione per Panecocolo (66) per partirsi domenica 26 maggio 1737, e furono li PP.: per Direttore D. Filippo Aveta, Carace, Liguoro, Sersale, Sparano... La predica grande D. Filippo Aveta; l'istruzione, Liguoro; esercizi a' Preti ed a Monache, Carace ».

Tum vero, si quae apud sodales perstitit nebula minus S. Alfonso amicalis, eandem protinus tandem fugavit mense iulio eiusdem anni novum Associationis supremum Consilium, in quo primas partes agendas susceperunt pro cursu academico fidi sequaces atque fautores S. Alfonsi: adeo ut, iam a prima Consilii deliberatione, sese ad illum converterent exquisituri ipsius maximam cooperationem in autumnali missione neapolitana. Hoc sane depostularunt instanter atque eloquenter:

Ill.mo Sig.r Mio, e P[adro]ne Sempre Oss[ervantissi]mo.

Essendo con universale applauso e pieni voti de' Fratelli caduta l'elettione del Superiore della nostra Cong.ne delle Apostoliche Missioni in persona del Sig.r Canonico D. Francesco M<sup>a</sup> de Rosa, e quella degli Assistenti in persona de' Signori Canonico D. Nicola Borgia e D. Carmine d'Arco, hanno i medesimi stimato anche col parere della Consulta appoggiare l'importantissima incombenza della Predica grande nella prossima S<sup>a</sup> Missione generale di questa Città di Napoli ad V.S. Ill.ma. Si persuadono i detti Signori con ogni sicurezza, che il tutto

(65) AG I D 36, 8.

(66) *Panecocolo* seu *Panicocolo*, hodie Villa Ricca, erat « casale » circumscriptionis (*pertinenze*, olim dicebantur) urbis neapolitanae, ubi 2.000 circiter cives morabantur.

abbia à riuscire à maggior gloria di Dio e salute delle Anime, attento il suo zelo e spirito, a tutti e ciascheduno nostri che di fuori ormai ben palese. Io per tanto in esecuzione degli ordini del P. Superiore ed à nome altresì de' Fratelli ne avanzo ad V.S. Ill.ma la notizia acciò ne resti prevenuta: e mi estenderei volentieri à rappresentarli il piacere, che ne hà provato la Congregazione tutta, ed il desiderio con cui l'aspettano, se sapessi di certo di non offendere la sua rara modestia. Rassegnandoli in fine tutti i miei più devoti rispetti, e raccomandandomi à suoi Santi Sacrificii ed Orationi resto baciandoli divotamente le Sagre Mani.

Napoli 19 luglio 1737

Di V. S. Ill.ma.

dev.mo ed obligatii° Servidore  
Ignatio Savastano Segretario (67).

Huic postulationi acquievisse S. Alfonsus, nos erudit Sodalitatis Regestum, scilicet:

c) *Giornale*, v. 47 (luglio 1737-luglio 1738). Missio generalis neapolitana in ecclesia Spiritus Sancti a die 26 octobris ad diem 6 novembris an. 1737. Pro concionibus matutinis suam quisque vicem compleverunt Associationis primores: Sparano, Poliaastro, Savastano, Carace, Aveta aliique: in exercitio autem vespertino (f. 69-80) programma quotidianum sic laconice effertur: « Istruzione, can° Torni: predica grande, Liguoro ». Missionariorum agmen plane confertum diceres a prima processione initialis solemnitate, in qua S. Alfonsus incessit stipatus corona 60 sodalium: inde vero diebus sequentibus Fratrum adstantium (praeter novitios) numerus oscillans signatur: 46, 52, 40, 39, 32, 51, 55: et sic porro. Magnae conciones adparandae non vetuerunt quominus S. Alfonsus identidem misceret intima colloquia cum P. Thoma Pagano philipensi, a cuius directione ipse recesserat, ut tam pro se, quam pro Instituto condendo, uteretur consiliis et moderatione Rev.mi Thomae Falcoiae, episcopi Castri Maris (*Castellammare di Stabia*) (68).

Interea an. 1738 duo in Sodalitio S. Alfonsi ductores, DD. Franciscus de Jorio et Franciscus de Novellis, honorati sunt infulis episcopalibus: prior designatus ad sedem Monopolitanam (Monopoli), alter in Sarnensem (Sarno) a Nicoterana translatus (69). Uterque vero postmodum cum S. Alfonso amicitiam coluit, praesertim Sarnensis, qui ante Iubilaeum an. 1750 valuit tanto uti missionario in gregis sui beneficium. Enimvero aestimatio, qua apud clerum neapolitanum S. Alfonsi nomen cingebatur, in dies augeri visa est post illius ab urbe discessum. Hinc die 2 iulii an. 1739 praefatus can. D. Franciscus de Rosa, qua superior Missionum Apostolicarum, per epistolam autogra-

(67) AG ID 36, 8.

(68) In suo *Libello Spirituali* adnotat S. Alfonsus: « 28 ottobre 1737. - P. Pagano m'a rimesso in tutto a Mgr. Falcoia per tutto quello che m'a detto e mi dirà. E' spada provata ». - In prima eiusdem anni parte P. Ianuarius Sarnelli praedicaverat missionem in S. Anna « di Palazzo » (*Giornale*, v. 47, f. 91-102: 22 febbraio-4 marzo).

(69) Arch. Vaticano. Proc. Consist., an. 1738, v. 134, f. 477: Monopolitan. Eccl.<sup>a</sup> - Ibid., f. 753: Sarnen. Eccl.<sup>a</sup>.

pham adiit Rev.mum Thomam Falcoia, ut hic, utpote eo tempore S. Alfonsi moderator in spiritu, zelantem missionarium stimulareret ad exercitia spiritualia annua consodalibus, immo universo clero urbano, tradenda: eo vel magis quod, deficiente propter invaletudinem praedicatorum exercitiorum iam conducto, nullus alius idoneus in promptu aderat. En Superioris deprecatio:

Ill.mo e Rev.mo Sig. mio, e P[adro]ne Col[endissi]mo.

Ritrovandomi nell'impiego di Superiore della Congregazione delle Apostoliche Missioni eretta dentro questa Cattedrale, mi necessita la persona del Sig. D. Alfonso de Liguoro, uno de' nostri degnissimi fratelli, per dare gli esercizi spirituali al clero nel venturo mese di ottobre, precedenti la solita generale Missione di questa Capitale, in mancanza del Sig. Can° penitenziario assegnato à tal impiego, che si è scusato per alcune sue indisposizioni. Ma perché sò che il med° Sig. D. Alfonso dipende in tutto dalla saggia e prudente condotta di V.S. Ill.ma, perciò ricorro alla sua gentilezza, accioche mi favorisca di dargli l'ubbidienza di accettargli, ed insieme prescrivergli, che stante la debolezza della sua salute per le incessanti fatiche delle Missioni, non pretenda di far nuove fatiche di composizioni di prediche; mà si serva di quelle meditazioni, che diede al nostro Clero sette anni addietro; e posso assicurarla, che così io come tutta la Congregazione, anzi tutto il nostro Clero desidera di sentirlo; perché predica con fervore di spirito ed efficacia, essendo avvalorata la divina parola dall'esemplarità della sua santa vita. Confido che V.S. Ill.ma, che hà avuta sempre per me tutta la bontà, non mi negarà tal favore. Con che rassegnandole tutti i miei ossequij con tutta stima di rassegnò etc.

Napoli li 2 luglio 1739.

Di V.S. Ill.ma e Rev.ma

Div.mo e oblig.mo servitore vero  
Francesco canonico Rosa (70).

Superatis hinc inde quibusdam impedimentis (71), S. Alfonsum prefixo tempore Sodalium vota explevisse, mandavit succincte posteritati actarius, videlicet:

d) *Giornale*, v. 49 (luglio 1739-luglio 1740). In quotidiana horum exercitiorum relatione (f. 21 v., 45-49), praeter novitios, adstantium numerus 37-47 generatim signatur, quin definire valeamus si ultra hos sodales, quos nominatim secretarius distinguit, alii quoque interfuerint Sodalitio nequaquam adscripti. Dolendum sane quod silentio actarius praetereat, sicuti anno 1732 pariter contigit, concionum argumenta: horum unum alterumve dignoscimus ex aliis S. Alfonsi adnotationibus (72). Post conciones singulas,

(70) AG I D 36, 8.

(71) Cfr *Epistolae Ven. P. Caesaris Sportelli* (ed. Henze, Roma 1937) 39.

(72) Annunte Rev.mo Falcoia, P. Caesar Sportelli S. Alfonso insinuaverat: « Bramerebbe similmente che, tra le altre meditazioni, ne proponesse una della imitazione

ultima die excepta, disciplina communis austeritatem propositorum firmabat. Exercitia a die 15 ad diem 22 mensis octobris an. 1739 durarunt.

e) *Giornale*, v. 50 (luglio 1740-luglio 1741. - Pro novo cursu, cuius initium connotatur mense iulio an. 1740, Congregationis habenas denuo apprehendit qua superior can. D. Iulius Nic. Torni.

f) *Giornale*, v. 51 (luglio 1741-luglio 1742). - Ex huius anni Regesto quaedam nobis excerpta monstrantur. In primis die 26 augusti an. 1741 pie obiisse scribitur canonicus D. Petrus Marcus Gittio, S. Alfonsi quodammodo avunculus, qui a sua receptione (22 maii an. 1690) inter sodales missionum Apostolicarum usque ad extremum suum testamentum et codicillos extitit nobilissimum pietatis et zeli apostolici exemplar, sicuti in alio articulo enucleabimus. Pro hoc cursu inter novitios recensetur (f. 17) D. Donatus de Liguoro, qui die 19 novembris anni sequentis 1742 fratribus aggregatur ac proinde deinceps in elencho sodalium annuatim *Giornali* praeposito nuncupatur «Liguoro 2°», ut discrimen cum S. Alfonso «Liguoro 1°» stabiliatur. Quasi per transennam officialis notitia adlegatur triplicis cappellaniae, qua totidem sodales fruebantur: « Obblighi di messe che tiene la nostra Congregazione... Tre cappellanie, di annui ducati sessanta per ciascheduna, del signor della Marra; una se ne soddisfa dal nostro Fratello D. Alfonso de Liguoro; l'altra dal nostro Fratello D. Ignazio Sacchi; e un'altra da D. Januario Amore, nostro Fratello » (f. 410).

Intra hunc cursum 1741-1742, peractis a clero exercitiis spiritualibus atque finita missione generali ad Spiritus Sancti (73) ecclesiam, cepit initium Sacra Visitatio personalis et localis, quam pro urbe neapolitana ac pro dioecesis «casalibus» in diem 5 novembris eiusdem an. 1741 Em.mus card. Spinelli indixit. Omnibus igitur rite dispositis, ad arma ipse apostolica clamavit cleri duces missionarios eosque in duas potissimum turmas distribuit: aliam Sodalitii membris exclusive conflata, aliam vero sub S. Alfonsi ductu ordinata; utrique tamen intimavit communes agendi, instruendi et catechizandi formulas, quas cum S. Alfonso et cum eiusdem discipulo

di Nostro Signor Gesù Cristo che, oltre di stimarla molto propria e fruttuosa per un Clero operario, stima che riuscirà a V.R. facile il proporla, essendo materia propria nostra, che sempre abbiamo per le mani » (*l. cit.*).

(73) In hac occasione foris sese exprompsit collaboratio efficax inter utramque Congregationem, teste *Diario* sodalium Patris Pavone: « Domenica 29 ottobre 1741. Congregazione secreta. Si ricordò ai PP. confessori della nostra Cong.ne di far la carità di confessare nella chiesa dello Spirito Santo in questo tempo della Missione secondo il solito che si è praticato gl'anni passati, precedente l'invito e richiesta fatta dal P. Superiore delle Apostoliche Missioni, essendo venuto il Sig. can° D. Giulio Niccolò Torno, attuale Superiore di d<sup>a</sup> V.le Cong.ne, per fare personalmente d° invito ai PP. confessori, ed a tutti gli altri Fratelli per assistere agl'esercizj fatti nell'arcivescovado la settimana passata ». Ceterum can. D. Iulius N. Torni semper confovit hanc cooperationem, v.gr. occasione festi B.M.V. Assumptionis, titularis Sodalitii Patris Pavone, ex cuius diffuso Diario haec solummodo metimus: « Domenica 23 agosto 1739... La processione dopo il solito giro uscì dalla porta grande del Collegio ed entrò in chiesa, e vi fù un'accompagnamento de' Fratelli forse più numeroso degl'altri anni, essendovì 200 colle pianete, oltre de' cherici colle cotte, e degl'altri colle tonacelle. Portò il Venerabile il Sig. can° della cattedrale D. Giulio Torni, seguendo un gran numero de' Signori canonici in abito col mantelletto... ».

Ven. Ianuario Sarnelli concordarat. De his S. Alfonsi laboribus seorsim agemus. Primae turmae seu Sodalitii, qua talis, operositatem a mense novembri an. 1741 usque medium maium an. 1742 extollit *Giornale* (f. 181-184), loca evangelizata commemorando, nempe: Torre del Greco, Calvizzano, Arzano, Marzano (dioec. Nolae: exercitia), Posillipo, Piscinola.

2. - *Secundum a separatione decennium* (1742-1752). - Huius decennii periodus dum labitur, S. Alfonsus, Paganensi fundatione inchoata (1742) ac per suum brachium dextrum Ven. Caesarem Sportelli mox aucta et confirmata, dilatavit ultra Apennini culmina Instituti sui tentoria, quae Iliceti (1744) et in Capite Silari (*Caposele*: 1746) defigere valuit. Saepe saepius igitur loci et temporis intervallo disiunctam egit vitam ab urbe neapolitana atque a Missionum Apostolicarum Sodalitio: quam ob causam nullum alfonsianum vestigium prospeximus in tribus *Giornalis* voluminibus: 52, 53, 54, quae annos 1742-1745 respiciunt. Res aliter se habet in sequentibus.

a) *Giornale*, v. 55 (luglio 1745-luglio 1746). - Cursus hic nobis quid novi refert, videlicet missiones a Sodalitio feliciter peractas in civitate et dioecesi Nuceriae Paganorum. Procul aberat S. Alfonsus, at per novum superiorem nucerinum P. Ioannem Mazzini certior de eventibus reddi poterat. Missionarios Nuceriam advocaverat novus eiusdem episcopus Rev. mus Gerardus Antonius Volpi (74), cuius Missionibus Apostolicis aggregatio a *Giornali* diei 5 mensis aprilis an. 1745 adsignatur: nihil proinde mirum quod de consodalium laboribus gauderet et sodalitates missionarias in dioecesi promovere satageret (75), quin posthac S. Alfonsi discipulis honorem et praesidium denegaret (76). Suis vero Missionum Apostolicarum confratribus aequum pariter visum est elogia conferre, quippe qui numero ac zelo praestantes gregem nucerinum depascere voluerunt (77).

(74) Arch. Vaticano. Proc. Consist., an. 1744, v. 131, f. 361: Nuceria Paganorum Eccl<sup>a</sup>. - Natus ibidem dicitur « nella terra di S. Agata, diocesi di Bovino ». Praeter eiusdem curriculum vitae Processui adnexum, de illius meritis plura congerit Nuntius neapolitanus (Ibid. Napoli, an. 1741, v. 205, f. 394-402; an. 1744, v. 215, f. 284).

(75) « [Elaboravi ut] ... ab idoneis ministris, quos apud me non paucos in una ex meis presbyterorum congregationibus instructos habeo, quique aliis etiam dioecesibus eorum missionibus inserviunt, divini verbi praedicatio nunquam in ecclesia intermitteretur » (Arch. Vaticano. Concilio, Relationes Dioecesium, Nuceria Paganorum, an. 1747).

(76) « Ad excolendam hanc Domini vineam sacris ministris tam in civitate et dioecesi residentibus, ac praesertim novae Congregationis SS.mi Redemptoris pluries recensitae, quibus nimium in hac parte teneor » (Ibid. Nuceria Paganorum, 1750).

(77) Textum non modo quia ineditum vulgamus, sed quoniam nobis refert mentem S. Alfonso coevam de evangelizantium numero ad misiones necessario, necnon praesentiam connotat missionariorum alienigenarum intra septa Nuceriae Paganorum, quin zelotypiam iidem suscitarent inter S. Alfonsi alumnos. Hoc autem missionis nucerinae tempore, S. Alfonsus cum suo militum Christi manipulo dioecesim Troianam peragrabat, postquam nascenti fundationi nucerinae praefecerat P. Ioannem Mazzini. Ecce Missionum Apostolicarum *Giornale* (v. 55, an. 1745-1746, f. 89): « A 5 dicembre si parti per la s. missione di Nocera de' Pagani. Direttore della missione, Aveta: e in divisione in Angri, Giordano. Nelli Pagani si fe la missione: predicò la sera Aveta: gl'altri Padri che intervennero furono Amore, Romeo, Lieto, Can<sup>o</sup> Borgia, Figliola [Antonio], Ammendola [Giovanni], Napoli [Onofrio], Guardia, Porzio, Savastano, Dandolfo 1<sup>o</sup>, Tufo [Francesco del], Franco, Gaudioso, Ugolino, Barbella, Recchia. - A Nocera de' Pagani fa anime 11.000. - A 22 gennaio [1746]. Dopo l'Epifania si parti per Nocera medesima a terminare

b) *Giornale*, v. 57 (luglio 1747-1748). - Ex missionibus ultra Apenninos montes redux S. Alfonsus mense aprili an. 1747 domicilium Iuranis sibi elegit, quo efficacius et magis expedite apud regios ministros Neapoli approbationem sui Instituti tentaret. Menses porro aestivos eiusdem anni in urbe transegit, ubi pro suo zelo indefesso negotia spiritualia cum « diplomaticis » socians dedignari noluit invitamentum, quod in laconico *Giornali* subintelligitur: « 21 agosto 1747 ... Assegnato per oggi a 15: istruzione, Tufo 2° ». Hoc comma deletum fuit ac sic mutatum: « Sermone ad Fratres: D. Alfonso de Liguoro ». Post autem duas hebdomadas congressus habitus adnotatur: « Fratelli intervenuti [*citantur nominatim* 50] quest'oggi 4 settembre 1747. Esercizi fatti: Sermone ad Fratres: D. Alfonso de Liguoro (f. 24-25). Concionator tanto impetu ac tam meridiana intentione irruisse fertur contra quemdam sacrum oratorem nullatenus evangelicum, ut apud Fratres adstantes non defuerint, qui concionatorem quasi calumniae insimularent. Idcirco S. Alfonsus in novo congressu, nedum verba sua edulcoraret, acriora reddidit, conscius muneris sui suaeque auctoritatis esse vocem extollere contra eloquentiae evangelicae proditores. Super hoc tamen secundo congressu silet citatum *Giornale*.

Apud idem volumen in memoriam revocat actuarius cooperationem a S. Alfonso praestitam, quando vix a fluxione pectoris convalescens (78) minime recusavit sibi assumere exercitiorum pondus in paroecia urbana sui baptismi, id est, in ecclesia S. Mariae « dei Vergini »: « A 18 febbraio [1748] si fecero l'esercizij a nome della Congregazione della parrocchia de' Vergini dal P.D. Alfonso Liguoro, l'istruzione dal can° Sersale, e durarono per dodici giorni » (f. 156).

c) *Giornale*, v. 59 (1749-1751). - Demum sub finem an. 1750, pro clausura Jubilaei universalis romani atque pro eiusdem ampliacione ad orbem a Benedicto XIV signata nullum aptius instrumentum parare didicerunt Sodalitii rectores quam deposcere S. Alfonsi decisivam collaborationem in

il rimanente della diocesi, e si fecero 5 missioni: una alla chiesa cattedrale, un'altra alla chiesa parrocchiale di S. Matteo, un'altra a S. Egidio, un'altra... [*album*], e l'ultima settimana nella parrocchiale chiesa di S. Michele. Li Fratelli intervenuti in dette missioni furono: Padre 2° Assistente, Peccerillo, Romeo, can° Sperano, can° Fusco, Figliola, Ugolino, Sergio 1°, Barbella: li quali fecero la missione della cattedrale di S. Matteo. E il P. Aveta destinato Direttore in divisione col P. Amore, Gaudioso, Lieto 1°, Napoli, Ammendola, de Tommaso, Dandolfo 1° e Tufo 2° andarono a fare la missione nella parrocchia di S. Egidio. Nella missione della cattedrale predicò P. Porzio: l'istruzione si fece da P. Peccerillo. Nella parrocchia di S. Matteo si predicò dal can° Fusco, l'istruzione si fece dal 2° Assistente... Si nota come per far bene la missione in tutta d<sup>a</sup> diocesi vi bisognano 14 soggetti, e deve regolarsi in questo modo. In Nocera de' Pagani vi bisognano tutti 14 e la missione deve durare giorni 15, bisognandovi l'esercizij a' Preti ed a due monasteri di moniche ed un conservatorio. La città assieme colla parrocchia di S. Matteo si devono far unite, e dividersi i soggetti parte nella chiesa collegiale, e parte in S. Matteo, e deve durare almeno 12 giorni. Il casale d'Anceri [*sic*] può farsi assieme colla parrocchia di... [*album*]. Nove soggetti possono restare ad Anceri, e l'altri cinque per andare alla parrocchia. Finalmente la parrocchia di S. Michele si può fare unita con quella di S. Egidio: otto soggetti bastano per S. Michele, e 6 per la parrocchia di S. Egidio. In città esercizi a' Preti diede il can° Sparano, in Nocera de' Pagani il can° Fusco ».

(78) « In Napoli ho passato guai: sono stato sette giorni coll'acqua... e ancora sto leso col petto ». (*Lettere di S. ALFONSO I 147*. - Napoli, 10 febbraio 1748).

missione generali neapolitana intra ecclesiam Spiritus Sancti a die 27 octobris ad diem 8 novembris. « Predica grande, De Liguoro p<sup>o</sup> [primo]; istruzione, Jorio », ait secretarius singulis vespers (f. 92-105). Omnia itaque secundum Sodalitatis normas traditionales coepta et absoluta sunt: interim zelantissimus concionator ex urbe praeordinabat tempora et loca, quibus evangelizandis strenuam sui Instituti phalangem ab initio Jubilaei destinavit (78<sup>a</sup>), simul recogitans sese in discrimina magis ardua inferre, id est, in missiones difficiliore opem suam largiri: quod et ipse praestit, sicut promisit.

3. - *Tertium a separatione decennium* (1752-1762). - *Sequentia Giornalis* volumina, id est, 60, 61, 62 nullam de S. Alfonso specialem notitiam suppeditant, nisi quod eiusdem nomen quotannis iteratur in elencho officiali tanquam « Liguoro 1<sup>o</sup> », cui socius manet in tabula D. Donatus de « Liguoro 2<sup>o</sup> », magnificus sane missionarius, postmodum (an. 1770) primus Assistens necnon denique episcopus oppidi Venafro, nonagenarius saeculo XIX moriturus (79): quibus in elencho superadditur ab an. 1763 D. Vincentius de « Liguoro 3<sup>o</sup> ».

Attamen S. Alfonsus, etsi ab urbe neapolitana procul degens, eiusdem vicissitudines politico-ecclesiasticas comminus rimabatur post discessum Em.mi card. Spinelli sub an. 1749 finem; praesertim vero deflevit subsequens fere quinquennale de facto interregnum in archidioecesi Pastoris sui orbata, propterea quod ex eiusdem orbitate multum detrimenti praevidebat obventurum apostolicis operariis. Hinc simul ac intellexit suum priscum in Missionibus Apostolicis collegam Rev.mum Antoninum Sersale advocatum fuisse ex Tarantina sede ut neapolitanae archidioecesi praeesset, ipsum inter alia multa de statu Sodalitiorum commonuit: « Non trova più il clero di Napoli come lo lasciò [anno 1743 ut *Brundusinam (Brindisi) ecclesiam reget*]: trova un clero rovinato..., specialmente decaduto lo spirito negli ordinandi e, quel che è peggio, anche nelle tre Congregazioni de' preti, per mezzo di cui in tanti anni già prima si è conservato lo spirito del clero napoletano, ch'è stato l'esempio di tutto il Regno e potrei dire di tutto il mondo » (80).

Fortasse haec postrema verba dum signavit, mente S. Alfonsus tenebat tres Summos Pontifices neapolitanos sibi coetaneos. Umbram autem pessimismi, ex epistola fluentis, quo efficacius a novello archiepiscopo dissiparet, eidem subnuere et commendare voluit duo archidioecesis luminaria supra modium elevanda, scilicet clarissimos viros D. Iosephum Iorio et D. Ioannem B. Fusco: hunc supra (nota 33) comperimus Missionibus Apostolicis inscriptum: primum vero, sodalibus Patris Pavone incorporatum, ipse dignoverat

(78<sup>a</sup>) *Ibid.* 178.

(79) « A dì 27 gennaio 1811. - L'ill.mo e R.mo Monsignore D. Donato de' Liguori, Vescovo di Venafro, di anni 90, abitante vico Gerolamini, ricevuto il SS. Sacramento, morì e fu seppellito nella Cong.ne de' Bianchi allo Spirito Santo » (Arch. Parr. Eccl. Metropol. Lib. VIII Defunct. [1801-1815] f. 72). Nondum comprobavimus cognationem huius Praesulis cum familia S. Alfonsi.

(80) *Lettere di S. ALFONSO* I 253.

in disciplinis moralibus praestantem (81), verbo et calamo pro Ecclesiae pastoribus atque ovibus militem strenuum necnon semper promptum, sicuti post decennium in dioecesi Sanctagathensi perfecit (82), ad regni provincias evangelizandas.

4. - S. Alfonsus, ad sedem ecclesiae Sanctagathensis evectus (1762), cum Missionibus Apostolicis cooperatur earumque devenit decanus seu senior. - A nostra dissertatione, Archivo Sodalitatis potissimum innixa, exsulat cunctas amicitiae et venerationis ostensiones circumferre, quae ex parte consodalium foris prodierunt, cum S. Alfonsus an. 1762, praeunte expressa Clementis XIII voluntate, crucem episcopalem S. Agatae Gothorum amplexus est. Postremum igitur vitae suae stadium, viginti annos (1762-1787) comprehendens, duas periodos signat: aliam pontificatus laboribus onustam, aliam vero paradisi caelestis exspectatione trepidam.

Ad primam quod attinet (1762-1775) in memoriam reducere iuvat cooperationem Episcopo Sanctagathensi oblatam a missionariis Patris Pavone et ab Apostolicis Missionibus in evangelizanda dioecesi. Enimvero, quandoquidem S. Alfonsus, ex Alma Urbe post consecrationem episcopalem Neapolim redux, declaratus erat socius « ad honorem » Congregationis Patris Pavone (83), huius collaborationem statim exquisivit atque obtinuit ad missiones in dioecesi peragendas, eo quidem amplissimo fructu quem metere poterant viginti missionarii (84), duce atque stimulatore praefato D. Iosepho

(81) Eiusdem opera, sub anonymo « un Fratello della Congregazione del P. Pavone » edita, numerantur: *Istruzione ... per li confessori di terre e villaggi*, Venezia 1747, cum praefatione Rev.mi D. Iulii N. Torni. - *Il paroco di Villa*, Napoli 1748, con brevi prolusione eiusdem Praesulis ac cum appendice (pp. 48) super devotione erga B.V. Mariam. - *Il Vescovo Consolato*, Napoli 1755, cum approbatione S. Alfonsi tanquam revisoris (*Lettere di S.A.* III 15, 16). In nostro Archivo Generali (I.D. 36, 23) exstant sex epistolae, quas D. Ios. Iorio dedit (1748-1752) S. Alfonso de quaestionibus moralibus. Quoniam circa « clericum habituum » uterque specialem dissertationem scripserat, suam D. Ios. Iorio remisit Benedicto XIV suumque animum S. Alfonso patefecit: « Io stimerei per la gloria di Dio, che li facesti una lettera pregandolo a dar rimedio ad un tanto male intorno i cherici, che quasi tutti sono dissoluti e poi ascendono agl'Ordini. E' certo che egli ha letto la tua Teologia, giacché mi citò il luogo, dove sta questo caso, e mi scrisse il vostro *Ligorio* » [sic].

(82) *Lettere di S.A.* I 483, 487, 488, 490, 491, 495.

(83) « I confratelli della Conferenza [Patris Pavone] lo dichiararono loro confratello, volendo maggiormente decorare la propria Adunanza [TANNOIA], *Della vita del Ven. Alfonso M<sup>a</sup> Liguori* II, Napoli 1800, 24.

(84) S. Alfonsus, praehabita missionariorum visitatione ad episcopale palatium, scribit: « Questa mattina son passati da qui i missionanti del P. Pavone... E' un'ottima compagnia di venti soggetti » (*Lettere di S.A.* I 483). Cfr etiam: *ibid.* II 168, 172. - In Archivo Curiae Sanctagathensis excerptimus supplicationem a sacerdotibus Durazzani an. 1780 episcopo Rossi porrectam: « Ill.mo e R.mo Signore: Li dietro scritti sacerdoti di questa Regia Terra di Durazzano ... supplicando espongono qualmente nell'anno 1763, essendosi posta in piedi dal degnissimo e zelantissimo Vescovo suo immediato antecessore D. Alfonso M<sup>a</sup> de' Liguori una Pia Adunanza de' Preti secondo l'Istituto e Regola della Congregazione sotto il titolo dell'Assunta eretta nell'Arcivescovado della Fedelissima capitale: ma seguita la rinuncia del Vescovado, fatta da d<sup>o</sup> de Liguori, la d<sup>a</sup> Pia Adunanza passo a passo andò a decadere del suo pristino fervore...: ciò nulladimeno, non si è da essi desistito dall'apostolico ministero delle Sagre Missioni, ingiunteli da d<sup>o</sup> de Liguori... Quindi è che risultando dalla d<sup>a</sup> Pia Adunanza non meno il loro privato e rispettivo utile spirituale, che il pubblico profitto dell'anime ... pregano dia su

Torio. Quae initialis S. Alfonsi propensio in istiusmodi missionarios, nullatenus impedimento fuit quominus serius alios pariter advocaret in vineam suam colendam: sui nempe Instituti alumnos, S. Dominici filios, S. Georgii seu Puritatis sodales necnon, pro locorum temporisve adiunctis, Missionum Apostolicarum fratres (85).

